FASCICULUS TRIUM VERARUM PROPOSITIONUM, ASTRONOMICAE, ASTROLOGICAE, ...

Immanuel Rosales, Gennaro Giannelli, ...




NAZIONALE
VITT. EMANUELE
14
4 P
18

TRIVM VERARVM PROPOSITIONVM,


ASTRONOMICÆ, ASTROLOGICÆ, ET PHILOSOPHICAE,

AVCTORE

IMMANVELE B. F. Y. ROSALES HEBRÆO
Med. Doct. S. Rom. Imperij Nobili, & Comite Palat.


AD SERENISSIMVM
MAGNVM ETRVRIÆ
PRINCIPEM
Heroem, Virumque Admirandum,
COSMVM TERTIVM.





FLORENTIÆ, Typis Francisci Honuphrij. MDCLIV.
Superiorum permissu.

SERENISSIMO MAGNO PRINCIPI.



N hoc noſtro ſeculo, Serenifs. MAGNE PRINCEPS, in quo ſcientiarum perfectiones, ad ſummum ſuarum culmen jam perueniſſe exiſtimantur, tres illæ noſtræ Præpoſitiones; prima de Aſtronomiâ; ſecunda de Aſtrologiâ; tertia de intellectione, ideſt ſcientiarum Philoſophiâ; celeberrimę apud omnes, extiterunt: & quamuis nos has ipſas in primis tribus noſtris Exercitationibus, latè, fuſequè, veras eſſe demonſtramus; nihilominus poeticè eas primum diuulgauimus, & neſcio qua Fatali directione ducti, Vni MAGNO PRINCIPI, Viroq; Admirando, hucuſq; nobis incognito dedicauimus. Siquidem veram Mundi compoſitionem, nempe propoſitionem Aſtronomicam, quà, verum Mundi ſyſtema contra Ariſtotelem edidimus, ſuppoſito in Aſtris, vno tantum motu ab Oriente in Occidentem, circa terram, eà immobili exiſtente; excluſaquè, à Cęlo, quintà eſſentià Ariſtotelicà, an. 1622. typis mandauimus ſub auſpicijs D. Balthaſaris de Cuniga, ſed MAGNO PRINCIPI dicatam, vt ex eà patet: quę latius probatur in noſtra prima exercitatione; & in theorica noſtrarum Tabularum Aſtronomicarum.

Secundam vero Aſtrologicam, quę in tom. 2. noſtrorum operum Regni Aſtrorum reformati, latius Philoſophicè, & Politicè comprobatur, in tribus libris Fętus Aſtrologici, Galilęus Galilęus, cui ipſos dedimus, Romę an. 1626. typis excudi fecit: atq; nos iterum ſecundam editionem edidimus Hamburgi an. 1643. in pręliminaribus noſtrorum operum: & quamuis ſub auſpicijs D. Franciſci de Mello, nihilominus opus VIRO ADMIRANDO, Magnoq; Principi innominato dedicauimus, vt patet ex ipſo opere. Tertia Propoſitio, quæ veram ſcientiarum originem tractat: & à traditionibus Maiorum, eas fieri comprobat: & ſimul intellectionem ab externis venire in

animam, non tanquam Tabulam rasam, vt Aristoteles voluit, sed omnium scientiarũ principijs onustam, vt rectiùs Plato philosophatur, in nostro Carmine Intellectuali, Amsterdami 1639. excusso, demonstrata est, quæ in nostrà tertià Exercitatione Latius ostenditur; cęterum hoc Carmen Intellectuale, Magno Principi occulto fuit etiam dedicatum.

Verum enim vero, postquam, Fato, quodam, in Italiam peruenimus, & Vestrę SERENISSIMÆ CELSITVDINIS thema natalitium, ac indolem omnibus virtutibus plenam, & nomen ipsum, (siquidem conueniunt rebus nomina quoque suis,) simulq; ea omnia, quæ Magnum Principem, Virumq; Admirandum efficiunt, palam conspeximus; statim Vestram SERENISSIMAM CELSITVDINEM MAGNVM illum PRINCIPEM, VIRVMQVE ADMIRANDVM, cui tãta dicauimus, adesse omnino intelleximus. Quapropter illa omnia in vnum fasciculum redacta, en iterum propriè Vestræ Serenissimę Celsitudini offerimus, quę antiquius Innominato, iam nomine Cognito, Magno Nostro Principi, Viroq; Admirando dicamus: ergo humiliter, flexisq; genibus, à Vestra Celsitudine Serenissima enixe petimus, vt hunc trium prędictarum Propositionũ fasciculum, vt proprium accipere benigne dignetur, cũ 4. lib. Fœt. Astrol. de nouo addito. Astra Vestram Serenissimam Celsitudinem Virũ Admirandum futurum fore denuntiant: sicq; Mundus Vestro Serenissimo Honori immensas præbebit gratias; namq; illo opera nostra Mathematica, Philosophica, & Medica, tandem cum aliquo decore in publicũ prodire poterit. Deus Optimus, Maximus, Vestram Serenissimam Celsitudinem, Inclytosq; Parentes diu nobis incolumes, prosperos & perfecte beatos conseruare dignetur.

Scribebam Florentiæ in Æquinoctio Autumnali anni epochæ cõmunis 1653.

Vestræ SERENISSIMÆ CELSITVDINI

Humilimus seruus

Immanueles B. F. Y. Rosales.

PRÆFATIVNCVLA AD LECTOREM

DE OPERIS TRIVM PROPOSITIONVM Declaratione.

CVM anno 1619. obseruationes nostras Mathematicas, & Iudicia generalia Astrologica, super Cometam superioris anni in toto Orbe admirandum, in publicum edidissemus; statim vocati sapientes, saltem Philosophi, contra nos insurgere, & scripta nostra sugillare cœperunt. Aliqui obseruationes damnarunt; cum ex illis Cometam non habère Parallaxin, & supra Solem existere, constitisset. Sicq; ita æternitatem illam cœlorum, siue quintam essentiam Aristotelicam cadere viderent. Siquidem apud ipsos piaculum magnum iudicatum fuit, recedere ab Aristotele; vel confiteri, illum in hisce rebus naturalibus potuisse errare. Aliqui iudicia illa Astrologica prorsus damnare; & contra veritatem; immo contra religionem ea existere, publicare non desierunt. Quapropter nobis opus fuit, vtrisq; satisfacere. In primis, obseruationes nostras esse veras, mathematicè ostendimus: deinde hoc ipsum à peritis Mathematicis, anxie petiuimus: & præcipuè à duobus Magni Tychonis condiscipulis Christiano Longimontano, & Ioanni Keplero:

plero: quapropter hos ipsos per epistolas solicitauimus: qui equidem, & obseruationes nostras approbarunt; & suas mihi miserunt; ex quibus Cometam in cœlo generatum esse: & ibidem motum suum habuisse, satis, superq; apparet: vt prædicti Auctores postea in suis operibus exararunt. Ceterum ex obseruationibus infallibilibus præstantissimi Tychonis in suis libris Progymn. doctrina Peripatetica de sublunari Cometarum generatione facilè ruit, & à fundamentis suis conuellitur: & ita apud veros Astronomos, omnia illa vera phenomena cœlestia esse, statuitur; quod ex doctrina Parallacticà facilè ostenditur; quæ vero ab Auctore Noui Almagesti, contra Thyconem, & doctrinam Parallaxicam Cometarum adducuntur lib. 8. sect. 1. & 2. cap. 19. & passim per totum illum librum, nos in nostra prima Exercitatione facile refutamus. Verum enim vero nos à prædictis Auctoribus libenter in causa materiali Cometarum recedimus: Cum enim totum illud spacium, quod est à Luna ad cœlum Empyreum, à S. S. Rachiach vocatum, per quod Planetæ, & Stellæ, in suis stantijs naturaliter mouentur, elementale, & si ex puriore, & defæcatiore aëris substantià, constituamus; quando vi Astrorum corrumpitur, & incenditur, phænomon nouum generari affirmamus. Sicq; tres illas aëris regiones, & illam ignis, ab Aristotile introductam, repulimus; & sufficientissime in coronà multorum Doctorum nostram sententiam veram esse ostendimus. Et tandem Dominus D. Andrea de Almada, super huiusmodi quæstiones, quas cum Andrea de Auellar Professore Mathematico Conimbricensi in scriptis habuimus, nobis palmam tribuit; quacum hæc controuersia apud Lusitanos aliquantulum conticuit; sicq; nostra Africa (nobis alumnis) & patria Safimus ab Europæis triumphauit: Ast iterum alia lis nobis fuit exorta cum Mathematicis Septentrionalibus super Systemate Mundi. Cum enim omnes, Primo Mobili Ptholemaico repudiato, terram moueri ab Occidente in Orientem statuant, vt saluent apparentias Primi Mobilis, quod respuunt, Philippus Lansbergius, & sequaces Copernicæi, motum terræ, in quanto magno illo Orbe ponunt. Tycho Brahe cum sequa-

quacibus reuolui tellurem in se se ipsam in centro Mundi tradit: & quamuis Tychonis sententia ab omnibus ferè hodie pro verissima accipiatur, & ita systema Mundi constituant; nihilominus nos aliud, fortasse verius, & sine tanto naturæ dispendio, excogitauimus: quia terram immobilem, vti ab antiquis habetur, ponimus: deinde vnum vnicum motum Planetis, & Stellis tribuimus, ab Oriente in Occidentem; ita tamen, vt vnam perfectam Reuolutionem sphæricam in 24. horis non perficiant; sed tantum retardant, quantum communis opinio tribuit motui cuiusq; Planetæ: atq; hoc modo phænomena; quæ per Primum Mobile (quod omninoin rerum naturà existere negamus,) in Stellis, & Planetis apparent, melius per ipsorum motum ab Oriente in Occidentem cum suis retardationibus, saluantur, quin opus sit, motus contrarius ab Occidente in Orientem, quem quoq; in rerum naturà non esse asserimus, cum re vera non sit motus, sed retardatio illius primi, & veri motus, qua Planeta non potuit peruenire in vna sphærica reuolutione 24. horarum, ad punctum illud, à quo exierat. Atque ita facile per vnum vnicum motum cum suis retardationibus, (motus autem ij fiunt per spiras, vt in theoricis docemus,) duplices illos motus contrarios saluamus; cum in illis corporibus cælestibus perfectissimis deformitas motuum contrariorum, & si in diuersis Orbibus, reperiri non debeat: quod moderni Astronomi annotarunt, vt ipsis vnicum tantum motum ab Occidente in Orientem tribuerent: Tellure inde se mouente ab Ortu in Occasum. Ast nos in hoc nostro Systemate, motum terræ non admittimus, vt auctoritatibus manifestis S. S. & antiquorum Doctorum acquiescamus: sed motum verum ab Ortu in Occasum, quem oculis conspicimus, & à S. S. confirmatum habemus, vnicum adducimus: quo omnes Astrorum apparentiæ perfectè saluantur. Tardatio vero diurna, quam in Planetis, reliquisq; Astris constituimus, imperfectionem non significat; sed multa commoda Mundo affert: Siquidem per Retardationem Solis, fit annus, & anni tempora. Per Retardationem Lunæ fiunt menses Lunares; & per ceterorum Planetarum Retardationes, illæ

Mundo

Mundo vtilitates fiunt, (vt pote Syzigiæ, & aſpectus Aſtrorum,) quas Aſtronomi ex proprijs Planetarum motibus eliciunt. Siquidem noſtræ Retardationes, nihil aliud ſunt, quam veri Planetarum motus ſecundum vulgarem opinionem: atq; ita in noſtris Tabulis Primi, & Secundi Mobilis, has Retardationes explicamus: & verum Solis, & omnium Aſtrorum motum indagare docemus; atq; hæc de Prima Propoſitione Aſtronomicà, quæ carminibus ann. 1622. in lucem fuit edita. Sed nunc ſecundo excuditur, & ſuo vero MAGNO PRINCIPI dicatur.

Secunda Propoſitio Aſtrologica, omnia noſtra iudicia Aſtrologica comprehendit; & de ipſorum certitudine agit. Equidem illos, qui Syderibus potentiam generalem, & naturalem negant, contra ipſorũ Summum Artificem agere nobis videtur: contra quos in Præfatione Regni Aſtrorum Reformati, ſecundi tomi, latè diſputatur: interim admonendi ſunt amici noſtri, noſtram ſententiam, circa iudicia Aſtrologica, neq; veræ Philoſophiæ, neq; pietati Religionis contradicere: non enim ea vere præfixa exiſtere, circa futura contingentia, vel circa ea, quæ libertati Humanæ ſubiacent, putamus: ſed ſolum quæ naturalia ſunt Aſtrologicè examinamus; & deinde politice quoq; coniecturas circa Mundi generales euentus, tanquam Philoſophi facimus: vti in 2. Thom. Regni Aſtrorum Reformaci prolixe declaramus; neq; hucuſq; noſtra iudicia aliter fuerunt deuulgata: porro, quæ ad manus hominum peruenerunt; breuiter recenſebimus: vt ſic hanc explicemus Propoſitionem.

Anno 1619. cum Cometæ obſeruationibus, ſimul etiam ipſius iudicium Aſtrologicum, circa Mundi generales ſucceſſus, extrinſicè inueſtigatos in publicum dedimus. Ceterum caſus ipſos, quod prædiximus, ex ſuo Aſtrologico fundamento poſtea explicauimus in illo tractatu, qui ſtatus Aſtrologicus Anacæphaleoſis Monarchiæ Luſitanæ intitulatur, ann. 1624. primò excuſſus, poemate Luſitano: atque ibidem commentariolum primum adiunximus: Secundum commentariolum Excellentiſſimus in ſcientijs Galilæus Galilæus, Mathemati-

corum

corum Coriphæus, Romæ anno 1626. typis dedit, sub titulo Lucis Minoris, (Lux Pequena) quoniam hæc, & reliqua nostra Iudicia Astrologica, prædicto Galilæo, manu scripta dedimus; ille vero omnia in fine prædictæ Lucis Minoris, ita recensuit.

Tractatus huius Auctoris super Mundi successus, & Portugalliæ,

1 *Prognosticum generale ab anno 1615. vsq; ad anno 1640.*

2 *Aliud particulare vsq; ad ann. 1653. super Hispaniam.*

3 *Anacæphaleosis, (nempe Monarchiæ Lusitaniæ primæ) super quam tres fecit explicationes: duæ sunt excusse, & vna præ manibus.*

4 *Tres libri, Latino poemate, Fœtus Astrologici.*


5 *Iudicium Natiuitatum Regum.*

Ceterum ex illis omnibus, solum libri tres Fœtus Astrologici in lucem exierunt, Romæ prædicto anno 1626. prædicto Galileo operante: nosq; secundò illos excussimus Hamburgi an. 1643. in preliminaribus nostrorum operum. Quapropter vnusquisq; ex certitudine rerum, illic predictarum, iudicare poterit, vtrum Astra in inferiora agant; & vtrum Astrologi huiusmodi generalia predicere valeant: etsi hisce non acquiescet, per nos, illum furere licebit: interim quia exemplaria Fœtus Astrologici deficiunt: & amici vrgent, vt de nouo eos excudere velimus, non potuimus illis non gerere morem: sed adhuc in gratiam NOSTRI MAGNI PRINCIPIS, & studiosorum Astrologiæ, quartum librum Prognosticorum Mundi, & Italiæ addidimus. Si vlteriora circa hanc materiam desiderantur: Tomus secundus nostræ Astrologiæ restitutæ, quæ vicem gerit secundæ exercitationis, vnicuiq; desiderium satis dare poterit.

Tertia Propositio, de eßentia intellectionis contra Aristotelem; & de omnium scientiarum origine agit: & in nostra tertia Exercitatione hæc omnia perfecte disputantur; sed Propositionis notitiam poetice vt nobis est de more, in Carmine Intellectuali, olim apud Batauos, exhibuimus, nunc autem prædictum Carmen Intellectuale, secundo excudere placuit.

Hæc

Hæc igitur Poetica ſuper tres prædictas Propoſitiones, in illis noſtris operibus, latè, diffuſeque edocta, tibi, Lector benigne, decoranda præbemus: fruere igitur, & gaude, quia meliora videbis.



Domi-

Dominus Lælius Bonſius Canon. Flor. videat, & referat an in hoc opere ſit aliquid quod repugnet Fidei Catholicę, vel bonis moribus. 11. Maij 1654.

Vinc. de Bardis Vic. Gen. Flor.

Carmina hæc, quorum titulus, Faſciculus Trium Verarum Propoſitionum, &c. Auctore Emmanuele Roſales Medicinæ Doctore diligenter perlegi, & in eis nihil, quod Fidei Catholicæ, boniſq; moribus repugnet inueni; ideo typis mandari poſſe cenſeo.

Lælius Bonſius Metropolitanæ Eccleſ. Florentinæ Canonic. & in eadem Sacræ Scripturæ Lector.

Imprim. ſeruatis ſeruandis. 18. Maij 1654.

Vinc. de Bardis Vic. Gen. Flor.

Admod. Reueren. P. Leopoldus de Leonelli Bernabita Conſultori S. Officij Florentiæ videat accurate preſens opus, & referat, die 18. Iunij 1654.

F. Iacobus Cima de Sezia Inquiſit. Gen. Florentiæ.

Opus inſcriptum, Faſciculus Trium Verarum Propoſitionum, &c. Auctore Emmanuele Roſales Medicinę Doctore, Sacri Romani Imperij Nobili, & Comite Palatino, de mandato Reuerendiſs. P. F. Iacobi Cimæ Inquiſitoris Gen Flor. maxima qua potui

tui diligentia legi, in quo cum nihil Catholicę Fidei, bonisque moribus dissonum viderim posse, typis mandari censeo.

D. Leopoldus Maleonellus Barnabita
S. Officij Consultor.

Attenta supradicta relatione. Imprimatur, die 25. Julij 1654.

F. Jacobus Inquisit. Gener. Florentia.

Alexander Victorius Senator, S. M. D. Audit.

PRO-

PROPOSITIO PRIMA ASTRONOMICA.

Vera Mundi compositio.


VM fortuna vetat, supremum imponere finem,
Noſtro, de Mundo, per verba ſoluta, libello,
Accipe, mi PRINCEPS, breuia hęc cõpendia Cęli
Carmine, terreniq; Orbis, quæ fuſius illo,
Præfato libro memoramus; & ordine cuncta
Facta in principio Mundi, ſeu condita Terræ
Sunt olim, ſuperoq; Polo: Cęleſtia primò
Corpora diſponam cum motibus omnibus aptis,
Veriſq; Aſtrorum; terreſtrem hunc poſtea Mundum
Expediam breuiter; quo pacto elementa cohęrent
Verè cum cęlo: ſic inferiora ſupernis
Continua accipies, ex vno cuncta metallo.
Non vt Ariſtoteles, (vel qui de more ſequuntur
Huius, & alteriùs repetità voce Magiſtri
Doctrinam,) qui ſic fabricatum finxit Olympum.
Qui male proſpiciens, quintum immutabile corpus,
Diuerſum à noſtris elementis fecit, & Aſtra,
Fixa Polo ſtatuit: ſolidum velut ære refuſum
Conſtituens Cęlum; ſtellas, ſeptemq; Planetas,
Motibus aduerſis, falſa ratione, putauit
Impelli; frangiq; Polum cum pluribus illis
Motibus inſertis, quos finxit vana vetuſtas;
Nos alio properamus iter, quare Optime PRINCEPS,
Auxilijs ſuccurre tuis in carmina Vati;
Namq; opus immenſum, ac grauius mortalibus auſis,

Proponitur communis opinio, circa cælum, aſtra & elementa in his reycienda.

Aggredior. Tu MAGNE, poteſt, defendere noſtros
Ingentes ſtudij fabricatos Marte labores:
Illos, (credo equidem) mordebit, dente canino,
Inuidus; atq; magis cum cœlum, & sydera cœli
Ordine diuerſo, quam fingit opinio vulgi,
Audiat impellis. Sed TV, qui MAXIMVS, inſtas,
Præualidas dabis in cœleſtia carmina vires.
Principio cœlum, terras, maria alta creauit
Ex nihilo Omnipotens: rudis, indigeſtaq; moles,
Quam dixere chaos, primò fuit vtilis Orbi
Materies; ex quà cęlos, & sydera cœli,
Omniaq; in varias elementa ruentia pugnas
Omnipotens produxit, ab vno cuncta metallo:
Qui voluit mundum varijs animare figuris;
Omnia conueniunt, corrupta protenus vnà
Materià: non eſt cœlum immutabile quintum
Ens, vt Ariſtoteles ſe cæcà mente fefellit.
Sphæralis motus non arguit æthere in ipſo
Materiam æternam; prorſuſq; à fine vacantem;
Nec ſi mixtum eſſet cœlum, dominantis amaret
Naturam, in terram labens, ignem vè petendo:
Nam formam inſequitur propriam; quę nobilis abſq;
Principio, interno viuente, animante ve fluxu,
Perpetuo corpus, propria virtute, reuoluens
Pendet ab interitu; veluti mortalia Mundi
Cętera: ſed cęlum non mortis Fata ſubiu it
Vltima; per partes corrumpitur: atq; Cometæ
Hoc ſatis oſtendunt, geniti propè sydera cęli.
Sic elementa ruunt, per partes: omnia nunquam
Cernes corrumpi: ſed ſolum mixta videbis
Perpetuo interitu dilabi corpora, formas
Summendo varias: facta eſt ſic machina Mundi;

1 Cœlum, & aſtra, nō ſunt ex quinta eſſentia Ariſtotelica, ſed conueniunt in materia cum elemētis, ſiquidē ex ijs ſunt facta.

Quid

Quid mirum de cęlo ? adamantem impunè videbis,
Atq; incorruptum in nobis per sæcula mixtum .
Aëreum cęlum eſt, ſolidum velut ære refuſum
Eſſe recuſat, iners, & forma diaphana ; namq;
Ex tam materià rarà, conſtare figura
Nulla poteſt, veluti cernes ex aëre nullam
Compactam, aut ſolidam generari poſſe figuram,
Et minus ex cęlo, cum rarius aëre noſtro
Signet Ariſtoteles ; tulit intolerabile doctis,
Cum cœlum, nimium rarum, ſolidumq; tuliſſet :
Rurſus ſi ſolidum foret, explendeſceret omne,
Terrarumq; orbis, tum nocte, dieq; refulgens .
Nam Solis radijs per cœli corpora, noctu,
Si compacta forent, impreſſis, cuncta niterent
Luce repercuſſa ; & nobis nox omnis abeſſet ;
Perpetuoq; dies eſſet : nec terra, nec vmbra
Telluris, radijs fulgentibus ire negaret
Cœlo lucem Solis ; abeſt præ corpore cœli
Vt punctum tellus : sed cum non talia noctu
Cernimus in cœlo, haud ſolida eſt ſubſtantia cœli .
Aëreum ergo cœlum eſt ; cedens, atq; recedens,
(Si forſan tangatur) erit : ſic omnis Olympi
Materies fluida eſt : generata eſt illa ſub omni
Conditione pati, ſeu ſunt elementa patiſci
Nata ſimul . Sed cum cœlum ſublimus extet
Purius à nobis, minus eſt mutabile damnis.
Apparens color ille poli, quem cernimus extrà ,
Cœruleus , proprius non eſt de corpore cęli ;
Sed venit ex oculis , aſtrorum & luce , colorem
Cœruleum, nec habet, careat cum corpore , cœlum ;
Ex aſtris, viſuq; ſimul color ille reſultat
Cęruleus, quem ſępe obſcurat mobile tempus .

2 Spaciū, quo[illegible] vocāt cœlum, per quod aſtra recurrunt, eſ[illegible] aereum, & n[illegible] ſolidum .

3 Color cœruleus cœli , non arguit corpus ſolidū in cœlo .

Aſt lucem, & proprium naturis Aſtra colorem
Iure tenent; & denſa ſimul; nam, (teſte Platone,)
Paſſio prima illic elementorum, atq; ſecundę,
(Inuitis Phyſicis) toto aſpiciuntur Olympo.

4 *Non dantur orbes in cœlo.*

Orbes ſunt nulli in cœlo; pluresq; negamus
Cœlos; nec plures patitur ſacra Pagina cœlos:
Continua aërea eſt ſeries abſq; orbibus vna,
Hinc, & ad Empyreum, Diuûm quæ maxima ſedes:
Purior eſt cœli; ſed noſtra impurior extat
Hæc ſeries; illamq; vocas ob ſydera cœlum:

5 *SS.ᵃ tripliciter Mundum diuidit.*

Ad Lunam hinc vocitat Scriptura modaliter vnam
Continuam ſeriem: Spaciumq; locumq;, ſecundum
Aſtrorum: ad cœlum Empyreum ſic tertia ſurgit
Alta beatorum ſedes, cœlumq; vocatur
Immortale, domus perduratura Beatis.
Æternum cœlum hoc, opere, atq; in corpore longe eſt
Sydereo à cœlo diuerſum; & vincit apertè
Stellatum ſpacium, & cœleſtia ſydera: verum
De cœlo, Empyreo haud agimus; non pertinet illud
Philoſopho: euoluo cœlum, quod ſydera ſecum
Continet, aereum, cedens, illudq; recedens,
(Experto mihi crede) voca, atq; immobile, ſecum
Aſtra, tenens, non fixa ſibi, quod reſpuit orbes:
Namq; in materia rara, Orbis ſtare figura
Nulla poteſt nimium, qualis ſubſtantia cœli eſt.

Opinio communis, quod detur Primum Mobile, reijcienda.

Ponit Ariſtoteles, nequidquam, Mobile Primum,
Quod reliquos Orbes, vt ait, rapit impete magno,
Ex Oriente, (die properante ſub axibus vno,)
Verſus ad Occaſum, currens velocius Euro:
Quem motum vocitat communis opinio raptum.

Opinio communis de Secundo Mobili, etiam reijcienda.

Alterum ab Occaſu motum finxère priores,
Tempore diuerſo, venientem verſus ad Ortum;

Perq;

Perq; alios properare polos; propriosq; vocarunt
Esse Planetarum. Rursus, qui hęc Astra mouere
(Decepti æquiuoco motus, quem condidit olim,
Tradidit atq; Deus Superis, vt cuncta gubernent,)
Ponunt Motores, pugnantes motibus inter
Se varijs: atq; his confundunt omnia cœli.
Verum aliter meliùs, visa hæc pulchetrima cœli
Phęnometa, ac Phases, visosq; ad sydera cursus,
Ingenium saluare potest, quam frangere Olympum
Orbibus; ac varijs agitari motibus Orbem
Cęlestem. Internosq; incassum ponere cœlo
Motores: atq; his pulchros torquère Planetas:
Dicam equidem breuiter, paucisq; aduerte, docebo:
Semper ab exortu, per se, sine agente, Planeta,
Fertur ad Occasum velox; sed nullus ad Ortum
Iuit ab Occasu, sed tantum quisq; retardat
Semper ab Occasu, cum non ad puncta venire
Posset certa poli, vnde exit, cępitq; moueri.
Vniùs spacio totà cum nocte diei.
Tuncq; retardasse, & non se mouisse Planetam
Dicimus, ad partem vnde exit, cępitq; moueri.
Quo supero Empyreo Sydus vicinius extat,
Nobilitate fruens, velocius inde mouetur;
Sicq; magis velox currit; minus atq; retardat
Saturnus: Contra quia Mundo Luna caduco
Vicina huic nostro, lentè percurrit Olympum.
Stella, Planeta simul, per se, sine fine, mouetur;
Non à Motore. Ingenium malè cogitat, illos
Internos his posse dari mortale supremis
Corporibus, nostri cum naturalia mundi
Nobiliora istis sint entia vera caducis.
In se quęq; tenent intrinseca, seq; mouendi

6 Vnus tantū motus datur in astris ab Oriē te in Occidentē. Nullus motus est ab Occidente in Orientem, sed est retardatio illius primi motus; neq; datur primum Mobile.

Prin-

Orbes Eccentrici non adiuuant ad motũ.

Angeli omnia corpora cœleſtia, & inferiorum, extrinſecè mouẽt, & gubernant, vt eſt Doctrina certiſſima Theologorũ, & alibi oſtendimus.

7 Planetæ in ſuis motibus & retardationibus, non ſemper circundant terram veluti centrũ, cum aliquando illi magis appropinquẽt, vel ab ea recedant; quod in Marte, Venere, & Mercurio videre eſt, cum aliquando ſupra Solẽ aliquando infra conſpiciantur; quę Phœnomena ex tortuoſo ipſorum tramite (per ſpiras vocamus) bene demonſtrãtur, vt in noſtris theoricis videre eſt.

8 Philoſophica aſſertio circa planetarum motum.

Principia; hic paſſiua illis, qui magna ſequuntur
Dogmata Ariſtotelis; ſed non eccentricus illum
Adiuuat ad motum; ſed quamuis quodq; mouetur
Sydus Olympiacum per ſe, Phyſicâ inde docente,
Attamen Aligeri, DOMINO ſic cuncta iubente,
Corpora non ſolum Aſtrorum; ſed & infima, motu
Imperioq; ſuo, poſſunt ſine fine mouere.
Atq; mouent motus, illoſq; vocabis ad extra.
Sed non recta meant perſpiras quiſq; planeta,
Ex Oriente ſuum, non recto tramite, curſum
Conficit, Occaſum verſus; tantumq; retardat,
Quantum per proprium communis opinio retur
Impelli motum: ſeu nunc mens docta Tychonis
Nobilis obſeruat; quam nos deſcriuimus vltrò
Mobilis aſtrorum in Regno, Fœtuq; ſecundi.
Centra planetarum ſunt motus protenùs illi,
Quos ſuprà retuli: nec ibi requieſcere poſſunt,
Atq; ideo ſemper peramando centra mouentur:
Hac ratione grauis retinetur quiſq; planeta,
Ne cadat in terras, naturæ motus adhæret,
Cum non ſit fixus, ſed in aëre quiſq; volutet:
Cernimus in terris ferrum ſe ſponte mouère
Ad tactum Magnetis; amat (mirabile dictu,)
Quem duri, occultà ſibi vi, forma ipſa metalli.
Motus ab Occaſu nullus datur: atq; retardat
Ipſe planeta, ſuo motu: ſic certa paratur
Vtilitas mundo, fœcunda, & commoda vitæ
Motibus his tardis: ſic inferiora ſupernis
Continua exiſtunt, vt ſæcula noſtra gubernent,
Quæ ſunt in cælo ſublimia sydera motu;
Nobis ſic annos, menſes, & tempora prębent,
Verſa retardando: & fructus tellure creatos

Sup-

Suppeditant; aurum, ferrum, ſic omne metallum;
Inde hominum, pecudumq; genus, proleſq; volantum,
Et qui marmoreo generantur in æquore piſces.
Viginti cum mille duo adſunt ſydera cœlo:
Quadragintà octo quondam ſtatuère figuras,
Ex his ſyderibus: quæ ſunt mage nota recenſent
Aſtra Mathematici; quæ ſiſtunt omnia per ſe
In cœlo, non fixa ſuo, ſeu creditur, orbi;
Nulli adſunt axes, nec adeſt tibi Mobile Primum;
Eſt omne aëreum, ſpaciumq; immobile; nullis
Axibus, aëreum, ſpaciumq; immobile ſemper
Indiget aut ſydus; nec quodq; ſub axe mouetur.
Aſtra vias adeunt, quas certa lege pererrant
Quam dedit Omnipotens, ſemper quas ire tenentur:
Ponunt octauo, quod dicunt nomine, cœlo
Zodiacum: atq; alium faciunt prope Mobile Primum,
Sæpe Mathematici, dicunt, quod diſtat vterq:
Alter ab alterius (ſic fingunt,) Ariete propter
Solſtitia, & mutata procul, (per circiter octo,
Vigintiq; gradus,) ſimul æquiparabilis ortus
Solis, ad ęqualis, quę fiunt, viſa diei:
Atq; planetarum motus per Mobilis errant
Zodiacum primi, vt communis opinio narrat.
Fingant, quidq; velint: nobis immobilis vnus
Tantum zodiacus, ſub quo aſtra errantia currunt,
Fingitur, abſq; polis: & non eccentricus vllus
Eſt opus ad motûs varios cuiuſq; planetæ.
Per veluti ſpiras, cochleaſq; mouetur ab Ortu
Semper ad Occaſum; diuerſo quiſq; planeta
Tempore, nunc ad nos veniens, iterumq; recedens:
Nec cęlos trepidare putes, cum ſydera cernis
Ire per anfractus: vel cum vnuſquiſq; Planeta

Numerus ſtellarum fixarũ.

Numerus conſtellationum.

9 Vnus tantum eſt zodiacus, circulus imaginarius, in quo fiunt æquinoctia, & ſolſtitia.

10 Non datur motus trepidationis.

Ad

Ad nos accedit trepidans, iterumq; recedit
A nobis; vel cum ex Aquilone reclinat ad Auſtrum;
Et vice conuersà, qui tunc titubare videntur;
Namq; Planeta polo, non recto tramite currit;
Et tamen eſt nobis curſus via certa, moduſq;
Qui motus de more ſuos oſtendat in arte;
Quam Tycho conſtituit; Soliq; Acthonicus extans
Mars ſatis hoc docuit, reliquis exempla Planetis
Multa quoq; exiſtunt, quibus hæc ſententia nata eſt.
Diuidit obliquum in binas Ecliptica partes
Zodiacum æquales, per quam deccurrere motu
Perpetuo eſt ſolitus, nunquamq; recedit ab illa
Phæbus; ſed reliqui non ſic fecère Planetæ;
Qui variant ſemper motum, ex Aquilone per Auſtrum,
Ordine & aduerſo; Soliſq; Ecliptica gignit
Eclipſes, cum in ea (caſu) pulcherrima Luna
Inuito cum Sole coit. Lunæq; labores
Contingunt cum in eà ſimul opponuntur vtriq;.
Diuiſum hoc*radio latumq; immobile dictum
Zodiacum; reliquoſq; arcus ex ordine Sphæram
Conflantes, tropicos, æquatoreſq; gemellos;
Ac radio medij, Sole accedente, diei,
Fingimus, vt melius varia hæc pulcherrima cœli
Phænomena agnoſcas; meliuſq; hinc diſcat Olympum,
Qui ſapere alta ſuo ingenio, ſtudioq; laborat.
En cœlum expoſui, motuſq;, & sydera cœli;
Vtq; per anfractus adeant, tardentq; Planetæ
Obliquum per iter: ſic mens hæc lucida motus
Viſa Planetarum ſaluare licentius audet;
Sic cœlum inſtitutes abſq; orbibus, atq; mouente;
Aëreum ſimul; abſq; Polis, motuq; reuerſo.
En Sol, Mars, & vterq; Canis, Baſeliſcus, & omne

*id'eſt linea 11 *ſphæra arcus & circuli, admittuntur, dummodo eos imaginarios putes, vt ex hac hypotheſi phænomena cæli melius cognoſcantur.*

12 *Aſtra habēt primas qualitates elementorum actualiter, contra Ariſtotelem.*

Sydus

Sydus percalidum, actu, non virtute, calorem
Internum, mihi crede, tenent; Saturnus acerbum
Actu frigus habet: ſic frigida Luna madentem
Poſſidet humorem: Venus humida: Iuppiter idem
Humidus, & calidus: ſunt ſydera talia in actu;
Sic elementarem ſemper tenuère tenorem.
Et Ptholomæus idem ſenſit: nobiſq; miniſtrant
Deſuper humorem, frigus, verumq; calorem
Sydera: per lucem nec agunt hæc omnia: namq;
Aſtra elementa tenent; & ab his ſunt facta; cohærent
Omnia materià, vt ſatis experientia monſtrat.
Hoc itidem, & ſentimus idem per quatuor anni
Tempora, per lucem haud faciunt hæc omnia cœli
Corpora, cum conſtent elementis ſingula; magnus
Dicat Ariſtoteles aliter licet; atq; ſequaces
Firmiter illius iurent in verba Magiſtri.
Hæc eſt de cœlo breuis, atq; probata ſupremis
Philoſophis doctrina: nihil dixere ſequentes
Prorſus Ariſtotelem de motu, & corpore cœli,
Errarunt omnes cum præceptore ſuperbo:
Atq; Mathematicum varijs non ſe eſſe fatetur
Ipſe locis; ideo tunc ſi in cœleſtibus erret,
Haud mirum eſt; nec valde errat, rerum inſcius errans;
Sed pœnas delicti huius meruere ſequaces:
Inferior Mundus, Mundo dependit ab alto,
Alternaſq; vices patitur; ſentimus aperte
Quatuor in terris elementa impura: gubernant
Hæc genus humanum; mundumq; & cetera mundi
Compoſita, ex illis mundi ſunt omnia mixta;
Sed cœlo ſubiecta manent: nam hæc noſtra mouentur
Infima, & aſtrorum motu, fluxuq; ſuperno:
Omnia continua exiſtunt. Sed nulla * Profectis

*Participium à proficiſci, quodi

B Eſt

verbū origi nem habere, significat; atq; ita Profectis, idest qui principia, & origines rerum speculantur.

13 Non datur ignis regio. contra Aristot.

Est ignis regio; nec adest vicina sorori
Phębi, vt Aristoteles animo male cogitat: vltrà
Si foret illa ignis regio, combureret orbem
Hunc totum immensum; aut cœlum explendesceret omne
Perpetuo; aut saltem gelidas habitantibus oras,
Et nobis nequaquam inimicum frigus obesset,
Si propè nos esset tantus calor: omnia contrà
Cernimus; ergo illic nullus datur ignis; at ignem
Inuenies in Sole, alijsq; calentibus astris;
Ac virtute horum calidum reperimus, & ignem.
Rursus Aristoteles in tres hæc aëra partes.
Distribuit; primam calidam; fieriq; Cometas
Illà parte putat semper; gelidamq; secundam
Perpetuò fingit; pluuias, & fulgura nasci
Semper in hac dixit: sed nostra hæc infima semper
Facta ab eo est calida, ob radiorum Solis aceruos.

14 Reprobatur diuisio Aristotelica aëris in tres regiones.

Prorsus Aristoteles tribus his regionibus errat
Aëris: illius regio est procul vnica tantum
Continua ad cœlum Empyreum, nunc frigida; sed nunc
Est calida. Haud vnquam locus est regio illa Cometę,

15 Cometa generatur in corpore cœli.

Quam primam memorat; sublimius esse Cometæ
Et possunt, fiuntq; diu, absq; iuuamine terræ:
Namq; Cometa diu durans prope sydera semper
Gignitur, astrorum vi, accenditur apta cremari
Pars cœli, inde Cometa micat prope sydera; namq;
Nulla subire potest tantum exhalatio, quantùm
Vera Parallaxis monstrat mensura Cometæ:
Nec fiunt aliqui primà regione Cometę,
Quos elata solo fortè exhalatio gignat:
Semper enim, Astrorum vi, incenditur aëris illa
Portio condensans, quin exhalatio surgat;
Sic per Aristotelem, pluuias, nubesq: tumentes,

Ela-

Elatus vapor vnus agit, regione secundà,
Aëreis, haud aliter; sed fallitur ille, videmus
Namq; peregrinam pluuiam, absq; vaporibus vllis
Defluere in terras, æstiuo tempore, solùm
Virtute astrorum; quo tellus sicca vapores
Non creat humentes; penitusq; absumit Olympus
Prçcalidus genitos ab aquis: dumq; çstuat æther
Feruidus, incumbunt pluuię, furialibus vndis;
Sæpiùs insurgunt ergo absq; vaporibus vllis,
Elatis ex vi astrorum, solum aere denso,
Conuerso in pluuiam. Regio sic infima nobis
Non semper calida est: hiberno est frigida semper
Tempore, nos torquens; eadem quandoq; calescit.
Vnum terra globum simul, & maria alta rotundum
Constituunt, & lata magis (quid?) quam mare tellus;
Perq; superficiem dico; ipsa profundior omni
Iuncta mari est; eadem nunc est depressior vndis
Nunc verò maribus sublimior omnibus adstat,
Partibus in varijs: Valles, montesq; superbos,
Magnum diluuium terras mutauit, & vndas;
Et montes alios sub aquis, terrasq; videmus,
Quæ sæpè apparent, iterumq; premuntur aquarum
Affluxu; nunc hùc ruit insula, & insula surgit
Illuc; & quæ terra fuit, nunc æquore inundat;
Sic, & aquas plures terrarum in viscere cernes.
Hæc hominum variè meliora ob commoda vitę
Disposuit natura sagax, astrisq; ligauit.
Accipe, mi PRINCEPS, breuia hęc compendia Mundi,
Post hæc vberiora feram; & meliora videbis:
Namq; est ingenium, studium, labor improbus, omni
Et sophiæ, atq; arti; sic artibus omnibus adsum.

FINIS.

16 Metheora nõ generantur in regione secunda aeris, quia non datur; neq; semper ex vaporibus à terra ascendentibus.

17 Nostra aëris regio (quã primã dicũt,) non semper est calida.

ASSERTIONES
PHILOSOPHICÆ, ET MATHEMATICÆ,
in hac Prima Propoſitione conſtitutæ.

1 Aſſ. Cœlum, & aſtra, non ſunt ex quinta eſſentia Ariſtotelica, ſed conueniunt in materia cum elementis, ſiquidem ex ijs ſunt facta.

2 Aſſ. Spacium, quod vocant cœlum, per quod aſtra recurrunt eſt aëreum, & non ſolidum.

3 Aſſ. Color cœruleus cœli, non arguit corpus ſolidum in cœlo.

4 Aſſ. Non dantur orbes in cœlo.

5 Aſſ. SS. tripliciter Mundum diuidit.

6 Aſſ. Vnus tantum motus datur in aſtris ab Oriente in Occidentem. Nullus motus eſt ab Occidente in Orientem, ſed eſt retardatio illius primi motus, neq; datur Primum Mobile.

7 Aſſ. Planetę in ſuis motibus & retardationibus, non ſemper circundant terram veluti centrum, cum aliquando illi magis appropinquent, vel ab ea recedant; quod in Marte, Venere, & Mercurio videre eſt, cum aliquando ſupra Solem aliquando infra conſpiciantur, quę Phœnomena ex tortuoſo ipſorum tramite (per ſpiras vocamus) bene demonſtrantur, vt in noſtris theoricis videre eſt.

8 Aſſ. Philoſophica aſſertio circa planetarum motum.

9 Aſſ. Vnus tantum eſt zodiacus, circulus imaginarius, in quo fiunt æquinoctia, & ſolſtitia.

10 Aſſ. Non datur motus trepidationis.

11 Aſſ. Sphæræ arcus & circuli, admittuntur, dummodo eos imaginarios putes; vt ex hac hypotheſi phænomena cęli melius cognoſcantur.

12 Aſſ. Aſtra habent primas qualitates elementorum actualiter, contra Ariſtotelem.


13 Aſſ. Non datur ignis regio, contra Ariſtot.

14 Aſſ. Reprobatur diuiſio Ariſtotelica aëris in tres regiones.

15 Aſſ. Cometa generatur in corpore cœli.

16 Aſſ. Metheora non generantur in regione ſecunda aëreis, quia non datur; neq; ſemper ex vaporibus à terra aſcendentibus.

17 Noſtra aëris regio (quam primam dicunt,) non ſemper eſt calida.



PRO-

PROPOSITIO SECVNDA ASTROLOGICA.

FOETVS ASTOLOGICI Libri Quatuor.

TERTIA EDITIO.

LIBER PRIMVS.


IRANDOS cœli Fętus, ſeriemq; futuram
Regna gubernantem; armatos & in impia Reges
Bella recurrentes: horum quoque Fata; nouàque
Sede Tronos, alia ex alijs in ſceptra vocatos,
Eruere è tenebris Fati, & prædicere terris,
Mens concuſſa jubet: noſter quæ maxima Mundus,
Ac metuenda viris portenta, mouentibus aſtris,
Sentiet inferior, Mundo nam pendet ab alto.
Tu, quę corda moues, cęleſti plena furore,
Et propria agnoſcens, stellarum nomina dicis,
Ipſa ades, è ſummo, delapſa Scientia cœlo;
Diuinoque faue impulſu, tua iuſſa canenti:
Nam mentem illuſtras, & eam ad diuina mouere
Sæpe soles nobis, Diui vt videamur Olympi.
Ergo ades. O Virgo; & quando tibi panditur ordo
Mundi euentorum; da cęca reuoluere Fati
Inteſtina noui, & miſeris aperire futura.
Tu Domine ADMIRANDE, poli cui sydera ſortem
Vndiq; felicem, & Diuûm ornamenta dedere;
Accipe prolapſum Fętum de ſede Mineruę

Aſtri-

Aſtriferę occultà; atq; ipſi tua limina pande;
Vt tecum increſcat, caput & ſuper æthera tollat
Te Duce: namq; tuis Orbi reſonabit adultus
Magnanimis actis, alijs dum triſtia dicet.
Et Vos, O quicunq; Soli ſolia alta tenètis,
Pontifices Magni, Domini, Regeſq; Monarchęque,
Ac libertatis Reſpublica tuta Senatu,
Diſcite ſubmiſſos ad ſydera tollere vultus;
Culmine nec rerum impoſiti, credatis ouanti
Fortunæ; namq; (en) velox humana labaſcit
Sors; & væ miſeris jam ſumma cadentia vobis
Cernetis, (ni vana Poli tot ſcripta leguntur)
Imperia; & mutata procul; miſeram vnde ruinam
Diſcet quiſq; pati. Sic vult ſtellatus Olympus:
Cerno etenim aſtrorum radios deſcendere cœlo
In mortale genus, totus quibus ardeat Orbis;
Fraudeſq; armigeras, adapertaq; limina morti.
Nunc opus Imperijs felici Principe, cuius
Stet Natalicium meliori themate fultum;
Qui regere arte ſciat populos; qui cuncta gubernet
Haud cœlo inuito: qualem vix repperit vnum
Milibus è multis, hominum formator Olympus.
Nunc furiet populus, nunc cœcus Numina quæret,
Libertatis auens: multi quoq; fœdera rumpent;
Infrigentq; fidem patrię, proprioq; Monarchę:
Arma ferent alij proprios arſura Penates,
Atq; hominum vitam fundent impunè frequentes,
Ceu fera bruta forent, precio inuitante puſillo.
Omnia magna cadent. O terque, quaterq; beatus
Vndiq; Rex ſapiens, qui tempore nouerit vti;
Mirandumq; Virum obtineat, validumq; Atlantem,
Cui ſint aſtra ſibi, miſerà ſine labe, benigna:

Vide lib. 2. verſ. 443.

Aſt

Aſt datur hoc paucis; ideo miſeranda, nouoſq;
Quos jam parturiet Fœtus, voluentibus annis
Cœlum; cuiq; canam. Hèròeſq; attendite mentem,
Singula cauſarum, lentè quæ ſęcla ſubire
Magna ſolet, magnis effectibuus æqua, Monarchas
Regnorumq; vicem immutat, miſcetque viciſſim,
Excitat Imperium jam nunc; jam deprimit illud;
Concutit, & diris totum ſucceſſibus Orbem,
Nunc bello, nunc pace, Deùm vſque ſacraria mutans.
Sed quæ ſint illæ, quanamuè ab origine ductę;
Si vim cauſarum, effectu; vel in indice tantum
Vt ſigna, hos teneant, proprijs abſque actibus, actus,
Magnum operæ precium, noſtro eſt exponere cantu.
Dum quondam ex nihilo terramque polumq; crearat,
Sub numero, Omnipotens, menſura, ac pondere certo,
Omnia librauit, iuſſitque, vt cuncta ſub ipſis
Limitibus fierent, ac vt regerentur ab illis:
Sic dum Naturæ inſtituit legeſque, modoſque,
Auctor, honorat eos: numeris hinc maxima ſemper
In naturales conceſſa potentia caſus.
Cęleſtes acies, numerataque sydera, miro
Iudicio Artificis Summi, taceoque viciſſim
Sub numero, in varias elementa ruentia pugnas,
Alternaſque vices Mundi, mortalia tantùm.
Expende humani generis, vitęque, neciſque
Fata datę, inuenies numero præfixa ligato.
Quid plura? in morbis quantà, heu ratione dierum
Vi numerus pollet! namque illo Iudice fertur
Ægroto ancipitis ſententia mira ſalutis:
Vnde dies criticus, pro vita, aut morte, timetur,
Horrendus ſignis; hinc Climactericus annus
Præteritam mutat, per magna pericula, craſim

Naturæ; atq; aliâ nouiter peruertitur ordo
Temperie: nam ſic Numerorum eſt ampla poteſtas,
Principijs firmata ſuis: hanc cernere prudens
Vir Pytagoricus ſenſuq; & mente valebit.
Haud aliter criticos metuendaq; tempora ſæcli

Imperia habent ſuas criſes, & mutationes.

Quodq; habet imperium; quibus altâ è ſede ruinam,
Aut lapſo antiquo, diſcrimina magna minatur:
Hinc cadere, hincq; datis numeris, & tempore certo
Collàbi, ſentitque ſibi interiora moueri,
Si forte ægrotans, Regnum mutarier aptum eſt;
Res ſicut Natura ſuas producere nata,
Quatuor eſſendi cunctis ſua tempora, certo
Conſtituit numero; queis primum robora ſumit
Principij in puncto, ad natalis thematis inſtar;
Creſcit tuncque datis, augmentumque accipit aſtris,
Statque illo numero, ſtellę quem dirigit arcus
Principij dominę; aſt tandem Fata vltima tangit;
Sic quoque in Imperijs ſtatuuntur tempora; Regnum
Creſcit, & augmentum ſumit, ſtatque vndique firmum,
Finito at numero, vt ſydus metitur Olympi
Natali in proprio; ſic denique fine tenetur
Declinare ſuo, ceu res, hac ſorte, creata:
Haud erit æternùm; nam nil ſub Sole videmus
Perpetuum. Numerus cunctis dominatur vbique
Rebus, & Imperijs, nullo diſcrimine, fixus:
Non tamen hæc propriâ numerata potentia Mundo
Regnat energìa; nam ſolum vt ſigna ſupremis
Indicat Imperijs, qua ſorte, & tempore Fati
Verti, & mutari, vel bello, aut pace valebit;
Vis autem efficiens dimanat ab æthere cœli.
Sed numerus virtute viget; vis conditur intus
Nominibus ſacris, ignoto nominę plena.

Litera, quę format nomen, ſi idiomate ſacro
Profertur, numerum haud vanum quoque gignit; & inde
Adducit radios; queis litera viua redundat,
A Mundo Archetypo, ſibi miſſis: ſicque potentem
Virtutem infundunt Numeri, vel Nomina, ſacro
Numine plena, Viris; Regnis, & rebus; Olympo
Fortaſſe inſcriptam, propter communia rerum
Vincula cauſarum: Sapiens hinc Gręcus eodem
Inſiſtit numero, quia Gręcis nomina ponit:
Ergonè vox hominum audebit ſic Diua referre
Cauſarum CAVSAM, Incomprenſibile vndiq; NVMEN
Non datur humanis, vel cantu, adducere rebus;
Altius eſt, quam quod ſacrę vbertate Mineruę,
Ingenioue capi, quanuis prædiuite, poſſit;
Ergo, cum iſtiùs, (cujus per ſęcula Nomen
Laudibus æternis, benedictum acclamat Olympus,)
PRIMÆ CAVSÆ, vlli haud conceſſum jura creato
Conſilij penetrare ſui, quo cuncta gubernat;
Imo ſolum ipſum, (mihi formidabile) velle,
Explorare, nefas: humili, ſed arundine charà,
Sydereæ tantum cauſę, quas ipſe ſecundas
Condidit Omnipotens, (ſiquidem illis cuncta ligauit)
Nunc mihi carmen erunt, proprioq; furore canendę.
Hæ namq; infixam Numeris ſuper alta dedère
Regna, poteſtatem, vt dederat mutabilis atros
Luna, ſuper certo repetentes ordine morbos:
Septimus vnde dies felix, ſextuſq; tyrannus
Imperat ægrotis, Lunæ virtute refertus:
Sic numerus felix regnis, aliuſq; malignus;
Quiq; vnis fuerat damno, certæ eſſe ſalutis
Sępe poteſt alijs; cum ſic ſtatuatur ab aſtris.
Non tamen accipiunt, cœleſti è sydere motum,

Sub numero, & durę fatali tempore labis,
Ni prius ęgrotans, illà inficiatur acutà
Labe, grauiq; malo, Regnum, & Reſpublica, quorum
Sępe jacere ſolent, & perdere amanda ſalutis
Munera, criminibus proprijs, proprijq; Tyranni.
Imperium, humanum eſt corpus; quod membra ſuasq;
Sortitur partes, vitam, motumq; cientes.
Obtinet & venas, quę victum ſangnine prębent
Partibus, has viuus fouet intus spiritus omnes;
Quo ſibi temperiem ſeruant, pulchramq; ſalutem:
Dicitur hic Ratio, haud vlli violenta; beatos
Sed quę concordes homines, ſub lumine puro
Naturę placidè obtineat, ſeruetq; viciſſim,
Hanc, vbi vel populus fœdis violauerit actis,
Texerit aut Princeps fidei velamine Regni
Denodandę alijs; vel deniq; perdere Lumen
Cogatur proprium, ficto cernenda colore;
Corporis Imperij nullis iam partibus ęquam
Temperiem ſeruare valet; nec pabula venę:
Hinc morbi eueniunt; hinc Regnis damna ſalutis
Naſcuntur tacita, horrendas minitantia clades;
Crimina tunc creſcent ſpecie virtutis, & vmbra;
Imperij at corpus male ſanum occumbere prima
Iam criſe cogetur, Numerus quam dicet Olympi.
Eſtq; alius morbus, reſpectu syderis vrbis,
Ob cauſas, numero quę mutant ſceptra maligno;
Quando aliter populus ſceptro diſponitur illis,
Vel toruè aſpiciunt naſcentia Principis aſtra
Principium Regni, cauſis non congrua Magnis;
Quę ſub pręfixis Numerorum triſtibus ortum
Incipiunt criſibus cerni, & ſua Fata mouère:
Sic Natalitium infauſtum, Regiſque, locique,

Atq; gubernantis ſuper arma, domumque, Tetrarchæ,
Conſpurcat populum, & morbi vim poſſidet atram:
Vnde ecce Imperijs miſeram accelerare ruinam
Infelix Princeps, Dux inſcius, imperat & qui,
Præualet, aduerſo Fato. Componitur omne
Fortunà Regis; ſtat, vel deperditur illà
Imperium: quare populi, (quia forma ſub ipſo
Subjecta Imperij mutabitur,) agnita primùm
Sit tibi, res ſumma, & ſtatus, ac eſſentia, juxta
Quę ſua conditio tali fert tempore; tuncq;
Cetera conferre, & ſcelera: & ſi forte ſuperſunt
Iuſtitiæ Comites, pietas, moreſq; ſecundi,
In populo, inq; ipſo Domino videantur; & inde
Viſo Natali, & viſis Dominantibus aſtris,
Iudicium infelix, fauſtumuè in peſte futurà
Fatalis numeri, ſuperas referatur ad auras,
Sed jam ſi Aſtrologus, Mundi penetralia sacri,
Claro intellectu, doctrinę haud nubibus vllis
Detento, & lucem purè decernere poſſit;
Nominibus Numeros cernet; cauſaſq; latentes
Inſpiciet; rebus quaſi verba prophetica, dicet;
Sic dum Muſa cupit Numerorum dicere cauſas
Cœleſtes, (quę tanta valent diſcrimina Regnis,
Principibuſq; ſuis, diuersà ſorte cière,)
In genere, & ſpecie; Sophiæ quæ conſona fiant
Principia; æquatis ſucceſſibus omnia Mundi,
Mens ſuper aſtriferas cœlorum rapta figuras,
Fortaſſe in Mundum Archetypum, extra tempus, & æuum,
Pæne videbatur ferri: & jam luce tumeſcens
Inſolità humanis, Diuorum voce ſonabat.
Aſt ecce ante oculos alis, notuſq; galero,
Aliger ętheream virgam quater egit; & auras

Percutiens, Deſiſte, inquit, noua dogmata, vates,
Promulgare Solo: ne quę ſint abdita retrò
Tot ſęclis, contrà quod juſſum in origine rerum,
Nunc tandem cunctis referentur: aperta Tonantis
En mandata vetant; tantùm, quæ dixerat Atlas
Doctus auus, vobis permiſſu, exponere cantu;
Ille quidem quondam, circa hęc vt ſæpe recordor,
E docuit, quæ mira, tibi, abſq; ambagibus vllis,
Nunc referam; tu ſerua altà ſub mente repoſtum
Donum inſigne DEI; & quaſi dictum ab Apolline, dices;
Haud aliter replices opus aut in carmine nectas.

* *dies*

Demonſtrant * criticos Regnorum, & Fata potentum,
Motibus externis, & eas deducere nati,

Perfectus Numerus Sextus

PERFECTI NVMERI; cum multiplicantur ab ijſdem
Quadrati, aut Cubi. Hoc primus ſub munere Sextus,
Perfidus ægrotis numerus; ſed Regna tyrannis
Adiuuat, oppoſito motu; atq; exinde videmus
Sæpe rebellantes durare ad Appollinis orbes
Sextos; poſt, (melior ni ſors renouetur, ab aſtris
Suſtentata alijs,) miſerandà ſorte perire.

Quadratus à 6. 36.

Hujus quadratus jam tangit Sceptra, mouetque,
Principio a proprio; vel prima à luce Regentis,
Infelix, queis ſigna trucis naſçentia Martis,
Et felix, queis Luna fauet, ſub sydere Cancri.

Cubicus à 6. 36.

Cubicus à ſexto terris dominatur opimis,
Quę ſine Neptuni inſidijs, ſub tegmine fagi,
Fertilibuſq; ſatis faciunt recubare colonos:
Subiectę aſt aqueis aſtris, patiuntur iniqua
Hoc numero, Domini cum ſunt, praui eſſe, figuræ.

Secundus Numerus perfectus 28.

Alter perfectus, Viginti, ac inſuper octo,
Indicat in morbis, ætatis & imperat annis
Regnorum, & Nati: & cunctis miſeranda rependit,

Lu-

Luna quibus premitur, radio quocumq; maligno,
Ni sibi subsidium teneant à sydere fausto:
Hoc, Italum Magnum absorbet confecta senectus,
Et sceptro, & genti, numero post Fata, nociuo:
Sic quoque, & Hispano ignauo mala fixa parantur,
Curriculi ætatis puncto hoc: sed deinde secundà
Sorte frui dabitur, Sceptrum numerantibus annis,
Tuncq; Admirandus Vir surget & vnus, & alter,
Qui rem restituat. Sed postquam Iure * vocatus
Lysiadùm Magnus, per facta Heroa, potentem
Ipse Monarchiam tulerit; Dominumq; Monarcham
Fecerit Indigitem, numero conjungitur isti,
(Mundi, Admirandiq; Viri sua tempora dico,)
Maximus, Europam mutans, ingentibus alter
Motibus: inq; illis, tandem admiranda resurgent
Tam mala, quam bona; quę vobis dein pandet Olympus.
Dicitur, annorum viginti, ac insuper octo
Circulus, à priscis superà ratione, notanda
Magna Solo, quia magna facit, Reuolutio Solis;
Et multę efficient numeros satis inde potentes;
Perfectum vt tangunt, quandouè implebitur Ordo
Mundi à principio, Magnus numeratus vt Orbis.
Hujus quadratus Regnis Fata vltima cunctis
Terminat humanis: criticusq; his omnibus extans
Non finit infelix, dominetur vt ampliùs Orbi.
Tertius at numerus, perfectus nomine centum
Quinque tenens, demptis hinc quatuor alta mouere
Occultà virtute solet, Regnisq; suisq;
Corporibus Fata, antiqua à radice reuulsis;
Altera vt insurgat veteri retrahenda Tyranno
Gens; bona vel firmat, melioraq; plura secundis
Principibus, populoq; trahit; ceu syderis ortus

** idest post mor-tem D. Fran-cisci de Mel-lo (cui multa, & magna prædiximus) maiora bella inter Monarchas Europeos, enascentur.*

Anno 1663. impletur Imperio Romano, cubicus à 12. nempe anno 1728. numerando à Iulio Cæsare.

Reuolutio magna Solis singulis 28. anni. Quadratus à 28. 784.

Tertius numerus perfectus 496.

Vni-

Vnicuiq; ſui prępignificauit Olympi.
Aſt majora valet, Regnorum exempla notantur
Numerus 400. annorũ.
Si ſuperum, Numerus, quaſi circulus vndique, centum
Quem quater impleuit: pauci ſi fortè ſuperſunt
Haud numero tollent vires, & robora dicto;
Namq; ex alterius fieri compagine poſſunt.
Sic quater Imperium quondam durare quaternis
His numerùm, Hebræum, deductum à ſemine Magni
Abrhami, eſt viſum; primum ſub mole laborum
Immenſà exigitur; perpende hæc cetera tecum;
Inueniesq; quo noſtri quę deinde ſequantur
Curriculum annorum dictum, pro limite, ſceptri.
7. & 9.
Sed jam Radices binas, queis ſcanſilis annus
Fit Mundo, exponam, parientes maxima ſæcli.
Numerus 7. quibus fit cli macτericus.
Septeni, ingenio numeri ſecreta, profundo,
Contemplare, precor; Mundi, illo, antiqua videbis
Fundamenta dari; & rerum primordia poni:
Arcana vnde ruunt, vulgo (me vate) profano
Haud dicenda, ſuis numerorum adſcripta latèbris:
Ergo hoc multoties, Sors, Vita, & Regna viciſſim
Illis mutantur, quorum progreſſa, per orbes
Oppoſitos, radioſuè malos, tunc ſydera tangunt;
Sereniſſima Domus Electoris Saxoniæ ſemper in ſeptenis mouetur.
Quorum in principio Saturnum Aurora ſalutat,
Vel Lunam Dominam, aduerſà, vel ſorte ſecundà,
Pro ſuperæ vt cauſæ diſponunt. Sicq; potentis
Saxa Electoris, mirum quid ſemper in illo
Senſit; verum ideo quia climactericus annus
Fit vitę, & ſceptro: exemplis res cognita multis.
Quadratus à 7. 49.
Et quoq; quadratus, vel vitam aut vndiq; regnum
Scindit, & extollit, contraria Fata ciendo;
Sed bona ſubjectis, majori ex parte, redundant;
Pręcipuè LVSIS, quibus olim maxima dixti:

Hinc

Hinc Iubilæus amans deducitur, ordine longo,
Maximus, & Minor: hoc, cœlo descendit ab alto
IPSE DEVS montem in paruum; populumq; loquutuus
Diuina instituit; Magno illo, cuncta redibunt
Antiquam in sedem, pacem propriamq; quietem.
Cubicus à septem renouat, numerantibus annis,
Regna, suis; tollitq; istam, vel deprimit illam
Gentem, signorum cum sit subjecta trigono
Respondenti, Orbi, Magnum quem sæcula trina,
Dimidiumq; simul faciunt, sceptrà alta mouentem;
Sic quondam Hispanus, Maurus; sic Gallus, & Anglus,
Sic quoq; & Austriacus, (forte hinc inimicà quietos
Hos Reges numquam permittunt sydera jungi,)
Floruit: ast cęli meliori schemate fulgèt
Proles, præterito deducta ex Orbe, Rudolphi,
His numeris firmata sibi: sed multa supersunt
Et Solio, & Vitæ, subeunda pericula Natis.
Iam numeri, è cujus virtute Ennaticus annus
Nascitur; atq; crisis, cum multiplicatur, acutæ;
Iura Nouem exponam, cunctis fatalia, siue
Scandat; seu quadret, vel se dein cubicet annis:
Viribus appositis, vt septem, & Regna gubernat,
Et Terras, & Fata hominum; nam Vita periclis
Subijcitur, quoties numeris implebitur ætas
His, quando ascendens aduerso offenditur astro.
Duplex ecce nouem discrimina sęua minatur,
(Quando Ascendentem, Martis quadratus iniqui
Lædit Directum, nec erit præscire, medela;
Nam fortassis amor, tantisq; scientia rebus
Plena, & tot curę, cœli ob decreta, nocebùnt,)
Insigni Virtute tuo (quem diligis, & quem
Cuncti admirantur, Sophiæ ob sua lumina,) NATO:
Ille

Cubicus à 7. 343.

Imperium Romanum Occidentale, hoc cubicu à 7. durauit, ab vltima Hierosolimarũ ruina: tuncq; gẽtes Septẽtrionales Italiam inuadentes, eã omnino desolarunt, & antiquos suos colonos ab antiquis Romanis oriundos, penitus interfecerunt.

Numerus 9.

Vnicus Filius meus. Qui tandem obijt ętatis. 18. & 4. mensibus. die 7 Decembris stil. nou. hoc 7.30.p.m. an. 1643. natus fuit die 29 Sept. stil nou. an 1624. h. x. ant. mer. sub lat. 38. 40. & long. 14. 15.

Ille corona tibi decoris, baculuſq; ſenectæ,
Speſq; ſalutis adeſt gentis: namq; ille nepotes.
Et natos natorum, & qui naſcuntur ab ipſis
Indole promittit perfectà; omneſque ſcientes,
Parua ętate, ſuo ingenio ſuperare videtur;
Lux mundi in toto ſcibili: ſed ſydera magnam
Quę mentem, geniumque pium, moreſque dedère
Vndique perfectos, (quaſi ſit ſacer Angelus, iſta
Terrena haud curans, aſt ſolum natus Olympo,)
Forte negant vitam. Miſera, ò, mortalibus ipſis
Conditio! quę longa viro dant ſtamina vitę
Aſtra, negant mentis dotes, faciuntuè nocentem.
Vir bonus, & ſapiens moritur florentibus annis.
Quid? melius vixiſſe diu, & regnare malignis
Moribus inſtructum, mentis rerum omnium egentem;
Ducere vel tantùm juuenilia tempora Mundo.
Immunem ſceleris, totis virtutis honeſtæ
Maturè ſenuiſſe bonis, ſtudiiſque venire
Sacro intellectu Sophiæ ad penetralia cunctæ?
Vita breuis juſto, & ſapienti eſt gloria major,
Quam lucrum longæ vitæ (& ſi proſpera ducat
Fata, quod aſpicimus raris,) ob facta, nocenti,
Ob mentem, ignauo. Iuuenis ſine crimine vixit,
Ingenio juuenis doctos ſuperare magiſtros
Viſus, & æterno flagrabat amore, beatus
Emeruit dignus majoris munere vitę;
Militiam hanc mundi linquit; meliora capeſſet;
Nonne dabit tantę virtutis pręmia, Rector
Cœlorum, & terræ? ſed non poſt funera viuet
Corporis, & mentis totus pulcherrimus, vnà
Cum Rectore ſuo? certum eſt, quod viuet Olympo:
Fata geret vitę, hujus mors, Deus æſtimat alto

Iuſtorum mortem precio, quia captus amore,
Incorruptum animum, ſuperas ſibi ducit ad arces.
Quid tibi ad externa? egregià cum prole, tuoq;
Nato Admirando, ridebant proſpera cuncta
Et domui, famæq; tuę; Sed forte recedent
Tot bona; ad imperium Natus reuocabitur iſto
Grandius: anne bonum Nati, ob tua corda dolebis?
Haud facias: Sed ſponte virum te ſiſte, ſub actis
Fortunæ indignæ; ac illis aſſueſce, ferendo
Pectore conſtanti, aduerſa; vt te nulla mouère
Proſpera ſentimus: ſic ad ſpectantia Nati;
Munere ſi cæli hoc lapſo diſcrimine vitę,
Ipſe nouem duplices tandem ſuperauerit annos;
Vitam hominis viuet: quid deinde? laboribus altis
Expoſitus breue tempus aget vitalia, vt omnes
Mortales; dein morte cadet: jam mille pericla
Circa vittutes, vel Sanctum ad crimina ducunt:
Felix, qui moritur felici morte, puervè,
Siue ſenex fuerit: non eſt diſtantia tanti
Annorum facienda tibi: quando vltima ducet
Dilectus, Natuſq; tuus, ſuſpiria, gaude
Si moritur ſanctè, namq; hæc ſunt proſpera viuis.
Vita quid eſt? miſerùm nauis niſi jacta laborum
Horrendo in pelago, quam venti; omneſq; procellæ
Morborum, gemitus, lacrimarum atrumq; dolorum,
Fraudis, & inuidiæ, tormentorumq; Tirannùm,
Omnium egeſtatis, ſine ſpe ad tot damna quietis,
Concutiunt; ſemperq; mouent; quin vlla bonorum
Acta viris proſint Et tali viuere triſtes
Mortales, heu, ſorte juuat? proh vana Cupido,
Et deceptus amor viuendi! aſt vita beatùm,
Quam docti, ſanctique ſimul, per facta, merentur

Virtutis, mentiſque ſuę; ſuper æthera, Mundo
Archetypo dabitur. Qua Filius Vnicus Vnus
Ipſe tuus Sapiens, diuina ſub ora, fruetur.
Viuere namque extat dignus, vitæ Auctor habendam
Æternam in cęlo dabit: anne ſtatuta Tonantis
Arguere audebis, cum ſint iuſtiſſima? Cerne,
Cerne, quod humanum genuiſti! & morte beatum
Depoſitum Auctori dederis ſine labe; quid vltra?
Hoc ſatis eſto tibi. Numerorum ad cętera pergam.
Ergo nouem metuenda venit reuolutio cunctis
Regnis; namque illo faſtigia magna Potentes
Circuitu immutant: ſicut viuentibus, ęuum
Ponitur Imperijs; hominumque à ſorte reguntur.
Quadratus quem deinde nouem producit, apertè
Ætatem, ſi tanta datur, vel morte, ſenilem
Abſcindit placidà, aut vitam maioribus implet
Muneribus, ſortis gratę, ac cumulantis honores;
Hos ſi cęleſtes concedunt Themate cauſę:
Sors tamen in Regnis variat: Reſpublica motum
Interiùs ſentit, proprio haud contenta Tyranno,
Cum cęli exortus, qui Themate reſpicit Vrbem,
Quadratum eſt ſignum, à proprio Aſcendente Regentis;
Vel quando aduerſis feriunt ſe lucibus iſta
Themata, principio numerato ab origine primi
Principis, & ducto contraria ad Aſtra Moderni;
Vel quoq; fit felix; radijs ſi fulget amicis
Vnus in alterius depicto ſchemate cęli,
Gentis vterq; Regens, quibus Vrbs ſuprema ligatur;
Dum modo cęleſtes, veniunt quę Regna mouère,
Conueniant cauſæ, ſubiectis hiſcè benignę.
Cubicus inde nouem terris dominatur, & vnas
Diuitijs implet, Sceptroq; Viriſq, potentes:

Quadratus à 9. 81.

Ita in Portugallia circa Hiſpaniæ ſubiectionē, quia anno 81. currentis in Regem ſuum rebellionem faciet, ob contraria Themata Regis, & Miniſtrorum, ſed in viris particularibus, exemplum maximum habemus in Italia, pro maioribus honoribus.

Cubicus à 9. 729.

Depri-

Deprimit ast alias, incultaq; rura colonis,
Pauperie, & spinis deserta relinquit acutis:
Hicq; solet bellis Mundum, natisq; parentes,
Et Dominis Seruos, superisq; Acheronta mouere.
Ex his mirandi geminis radicibus orbis
Quadratura venit, numeri virtute redacta
In se se; totumq; valet peruertere Mundum;
Nam quater annorum, hęc vis multiplicanda duarum,
(Terq; decem exceptis, atq; vno,) millia complet:
Diuiditur tamen in quartas; quibus alta ruinas
Mœnia Regnorum, cladesque, repente dedère.
His crisibus grauibus, vel bello, aut peste, famèue;
Namq; hęc comprendit belli lacrimabile nomen:
Magna dies, numero pleno, quarta vna vocatur,
Ac elapsa DEI; quæ bis ac deinde secatur
In noctem, atq; diem: populi, qui nocte fruuntur,
Impingunt cum Rege suo ad genus omne malorum.
Queìs vero Lux clara fuit pro sorte, beati
Prospera curriculo acquirunt sibi temporis isto;
Causæ discernent, proprio sub Themate gentis,
Cęlestes, quis luce frui, quis nocte, valebit;
Longum erit has ipsas numeroso hoc dicere cantu,
Ast alibi expositę tibi erunt: Nunc cerne, quod orbi,
Sexta reformando, vitijsque, malisq; remotis
Stat pręfixa dies: qua virtus candida cunctos,
Et sincerus amor, concordi pace ligabit;
Non erit inuidia, extinguetur corde Virorum
Inde meum, atq; tuum, quo ruptę fędera genti,
Sunt pace & bello, factis violata nefandis:
His, (luce expulsa Virtutis, Amoris, & omnis
Concordi nexu) vitijs, odijsque malignis
Viuitur in tenebris hucusque; daturque videre

Quadratus à 7. & 9. in se reductus. 3969.

Vna dies ante Deum est velut mille anni. Diuisio 1000 in duas partes nempe 500. & 500.

Lumina ſat paucis, ideòque ab honore repulſis;
Sed reticenda, ſuo donec ſub tempore poſſint
Tutiùs hęc dici: Numerorum cetera dicam.

Numerus 12. cuius laudes Auctores prædicunt in Zodiaci diuiſione; sed eſt atrox pro Regnis.

En duodenus atrox, ſic magnis Regibus ęquè
Imperat ac miſeris: quod in ipſo cernis Olympi
Zodiaco; hinc vitam, & faſtigia magna potentum
Circuitu immutat, vel pulchra, aut triſtia gignens.

Quadratus à 12. 144. lib 2. verſ. 105. vocatur Orbis Magnus Iouis

Huius quadratus celebrem ciet vndique plenum
Sorte Monarchię motum varia; addit iniquis
Robora ſyderibus, magis hinc, vt lędere poſſint;
Et bona non, niſi criminibus, promittit adacta;

Carol V. natus fuit anno 1550. cui ſi addideris annos Orbis magni Iouis 1644 quo tempore, Pax ficta prædicitur in Imperio; ita euenit inuadente exercitu Suecorum Regem Daniæ, qui Pacis illius interceſſor habebatur.

Quod breuiter CAROLI cernes à ſydere QVINTI
Natali; fictę quando ſub nomine pacis
Senſerit Europa infandum, sed inutile bellum:
Excipitur ſtellis Mirandus & vnus, & alter
Inclitus, vt Pacis Princeps, belloq; ſupremus; *Vide lib. 4. Fœt. Aſtrol.*
Qui rem reſtituat; fraudeſque, doloſq; potentes
Exilio mittet; faciatque bona omnia verus
Securè vt teneat requie poſſeſſor amicà;
Principium exemplo poſitum eſt, perpende ſub ipſo,
Quę tibi nunc dixi; haudque aliter mea dicta reuoluas.

Cubitus à 12. 1728.

Iulius Cæſar Rom Imperij auctor, annis 63. ante Chriſtum, extitit. Si ergo à cubico 1781. demas 63. reſtabunt an. 1665 Epochæ Chriſti; tempus timendũ pro hac prædítione, & Imperio.

Cubicus ex iſto numero, majoribus vſq;
Viribus, altarum metuenda cacumina rerum,
Atq; Monarchię, ſacris producta coronis,
Fundamenta mouet; penituſque à culmine vertit;
Membraque per quartas, trinos, ſextoſq; ſecando,
Dimidiumque ſui numeri, variata creauit
Sortibus Imperio Romano vt cernitur: olim
Cæſare Principum à Magno, quod ducit Iulo.

Numerus 10. & qui ita aſcendit.

Et decadum numeri poſſunt quoque Fata ciere
Proſpera, & aduerſa; vt Superę vnicuique tulèrunt
Subiecto cauſæ; exemplo Reſpublica magnis

Queli-

Quęlibet existet, populo si libera gaudens
Martis subijcitur cuivis feliciter Astro.
Præcipuè decades fiunt his motibus aptę
Tres; namq; hoc numero cum magna potentia iuncto, *Numerus 30. fortis quia ex tribus 10.*
Existat, filum facilè non rumpitur illo;
Et quoque cum fili inscribuntur nomine Regna.
Hæc sunt simpliciter numerata, mouentia summas
Res, hominesque simul, fatali tempore, puncta: *Mixtio numerorum.*
Ast quoque se miscent; variasq; exinde figuras
Sub numero faciunt, majori robore plenas;
Vt Mundum quatiant, Dominosq; & Regna gubernent; *Numer ex 12. & 30. 360.*
Bis numero sexto quando trigesimus vna
Iungitur, exagitat varijs successibus Orbem,
Austriacis quondam felix; nunc Iudice fertur
Incerto, posthac tibi res constanda canenti.
Miscenturq; aliter numeri; sed deinde futuras
Non nisi ab antiquà lucrantur origine vires.
Ast numeri externi, muta hìc quos litera sancti
NOMINIS educit, cunctorum voce tacendi;
Etsi magna queant producere Fata, nouosque
Constituant Reges, priscis radicitus actis;
Haud his jungendi, distent cum dispare causà;
Sancti dependent secreto à Numine; & isti
A nostris stellis, naturæ lumine visis:
Diuini nunquam, per causas vndiq; certas,
Humano ingenio, vel diuite mente, patère
His poterint rebus; quare illos jure tacemus.
His nostris Mundus quatitur: sed fixus vbique
Haud semper numerus mage lato limite gaudet.
Namque, vt sydereę causę, quandoque remotę
Conjunctis cedunt: sic proximiora retardant
Accelerantuè suos numeros, obiecta potentes,

Ceu

Ceu diſponuntur cœleſti è Themate; ſicque
Definiri omnes potèrunt, iunctimquè referri,
Tempore prefixo ; ſi particularia tractes.
Ante tamen tibi cura ſit hujus noſcere Regni
Principium, reſpectu Vrbis, proprijque Regentis,
Principis & primi, cui vis prędicere caſus
Venturos; ſimul & numerorum ex ordine cauſas,
Mente, ac ingenio ſcire, & penetrare profundo:
Mamq; aliter numquam Numerorum agnoſcere motus,
Nec ſeriem poteris rerum præſcire futuram.
Hæc tibi nunc pandam: sed cantu Muſa ſonoro
Laſſa diu, quęrit placido requieſcere ſomno,
Colligat vt vires, majoriq; acta furore
Aſtriferas poſſit Numerorum exponere cauſas.

FINIS LIBRI I.



FOETVS ASTROLOGICI.

LIBER SECVNDVS.

NVNC mihi, Diua refert, quid, ſacri Numinis inſtar,
Spiritus afflauit nobis, quo corda moueri,
Sentimuſq; DEI impleri prędordia luce;
Qua longinqua procul, Fatum & ſecreta latentum
Vidimus appoſitè; & majora ſubinde futura
Viribus humanis, noſtro prędiximus Æuo;
Nam bene tu noſtri, Perfecta Scientia, quales
Rettulerim caſus, proprio ſine pectore, motà
Internà ſibi mente, datis dein rebus adactos:
Tunc primum Aſtrorum effigies, (quas vidimus arte,)
Quęſitæ, totum illud ſignificaſſe repertæ,
Quod mens diuino commota retexerat æſtu;
Hæc igitur tantę virtutis limina pande;
Vel ſaltem liceat Numerorum dicere cauſas,
Quas quoq; luminibus docuit me cernere, quiſquis
Aliger ille fuit, qui mecum talia fatur.
Perfecti Numeri, radicaleſque ſuperni,
Virtutem interni motus, quo magna gubernant,
Principio accipiunt diuino à Numine, Mundô
Archetypo; indeq; habent perfectę, & vbiq; potentis
Eſſe creaturę, naturalemq; vigorem
Maſſę incorporeæ; ceu cernis odoribus ipſis,
Quos, ſine mole, aliquis producit Spiritus intus;
Influxuſque trahit, Siphriſtica robora, plenos
Luminibus, queìs deinde manet, cœleſtibus aſtris
Contiguus; queis corpus agit, Mundoq; paratur
Huic noſtro ſimilis. Numerus ſic naſcitur almus;
Inde Caballæaſolum præcognitus arte:

Hinc primus quondam comprendit facta, dieſq;
Natalis Mundi: curſus & Apollinis alter;
Quocum curricula ad ſeptem quater ille reuoluit;
Atque alij exercent vires, rationis egenas.
  Aſt ex ſede ſibi, quam quiſquis fecerat Aſtris,
A ſupero Mundo adueniens, illiſque quieſcens,
Aſtra ſigillatum Numerum, Mundoq; potentem
Producunt noſtro; Regnis qui tempora ducit
Talis, & Imperijs, * motuſq; & Fata ſupremis.
Ergo à syderibus, noſtris vt ſenſibus, aptis,
Ingenioque ęquis cauſis, ſub mente petantur
Expertà Numeri; ſicque inquirantur; & inde
Virtutem, effectumq; ſimul, cum ſorte, venire
Cernemus varià. Imprimis animalia viſi
Zodiaci Aſtrifera, infixo vitalia cunctis
Exiſtunt numero: hinc vitam deducere longam
Siue breuem, & varijs Fortunæ caſibus actam,
Viuenti, & Regno datur omni; his namque ſolemus,
Tanquam hominem, Imperium quodcumq; ęquare figuris;
Et merito; nam Regna viri ſunt ordine iuncti;
Qui ſic à ſummis, certà in tellure, reguntur
Viribus aſtrorum, quas nunc ſpeculamur, ouantum.
Zodiacum via Solis agens, mortalibus omnem
Inſpirat vitam; & cunctis ſua pabula præbet,
Tempora deſcribit, tellus quibus alma virentes
Educat fœtus, & Mundi Fata regantur.
Indeq; bix sextus Numerus regnare videtur,
Vel quia, Zodiacus ſibi tot, per ſigna, figuras
Continet, occultum referendo, in imagine, Mundum;
Vel quia, naſcantur, per iter, quod Phœbus adæquat,
Introitus rerum, poſitis tot menſibus, omnes:
Hanc igitur de more viam, dum tramite certo

Cyclus Solis eſt reuolutio 28. annorum quibus elapſis feriæ in Orbē redeunt: Dicitur Cyclus Solis, nō quod ex eo motus Solis diſcamus; ſed quod eius beneficio, literam diei Solis, vel diei Dominici, ſcire poſſimus. Cæterum hæc reuolutio in Aſtrologia Regnorū, habet magnam ſignificationē.

* *criſes.*

Erran-

Errantes currunt ſtellæ, abſoluuntq; mouendo,
Efficiunt annum proprium; qui maximus extat,
Vel minor in numero, ſicut cujuſque Planetæ
Curſus eum abſoluit, ſic dictum syderis annum;
Qui multa & Mundo, & cunctis viuentibus affert,
Vnuſquiſq; ſuo veluti diſponitur aſtro.
Cum vero bis ſex vicibus, non fixa, recurrunt
Sydera Zodiacum, numero ipſum ęquantibus annis
Producunt Orbes, Magnos quos nomine dices,
Cuilibet Errantum proprios, Regna alta mouentes:
Ergo Planetarum, proprijs è curſibus altos
Zodiaco ęquatis, virtute, & sydere plenos,
Hos Orbes annorum, & qui naſcuntur ab ipſis
Aſpectus omnes, Sphæræ quos circulus implet,
Inquire & numeros, cauſaſq; videbis apertas:
Attamen effectus, non ſolum à luce Planetę,
Orbibus hiſce ſuis, Mundi ſpectanda mouentis,
Sed quoque ab aſtrifero, quorum ſibi quilibet Orbis
Progreditur, ſigno, (progreſſaque ſigna vocantur
Principijs rerum, cœli ſub Schemate, firmis
Conceſſa,) eueniunt, parientes mira futuris.
Principium vero, ſaltem ſub quinque Planetis
A vita Nati, à Regno, vel Principe ſumit;
Ceu Dominus, Cœli in facie reperitur, vt inde
Formetur dominans Orbis, natumque gubernet:
Candida reſpiciens lucentis fratris ad aſtrum,
(Namque ſibi inde capit lucem,) communiter Orbem
Luna ſuum bis ſex viſa eſt componere Lunis:
Imperat humanis ſic rebus; & ardua vitę,
Orbe ſuo, in commnni anno, Fata omnia ducit;
Sicut in Aſtrifero ſignauit Themate nati,
Pro proprià ratione ſui, cum ſola feritur

Syderis hoſtili radio cujuſque maligni,
Et venit ad ſignum Progreſſum, vbi ſtella figurę
Forte cadit domina, aut magnum quid denotat, altè
Offendet, pro ſede ſuà; vel proſpera nato,
Aut Regno efficiet; felix, ſi jungitur aſtro
Felici, ſignum quando dominatur amicum.
Hęc quoq; pro cunctis tibi ſunt adhibenda Planetis,
Quando ipſis Orbes, proprijs naſcantur ab annis.
A Sole, & Venere, Atlantiſque nepote reſurgit
Orbis, quem complet proprio ſibi Iuppiter anno;
Mars geminos iſtos retinet, quandò efficit Orbem:
Fœtus adeſt varius, quem Quinque hęc Aſtra, Virorum
In vitam adducunt; ſed nunc majora canemus.

Numer. 144. qui eſt Quadratus à 12. lib. 1. verſ. 475. naſcitur ab Orbe Magno Iouis.

Abſoluens de more ſuum Orbem Iuppiter, illo
Quadratum numeri bis ſex, ſceptra alta tenentem
Vt fœtum generat, ſortitum robora tanti
Syderis, hoc proprio vt Mundus, populique regantur.
Principium à Regno ſępe eſt, ſi forte Planetę
Signum aliquod, (vel ipſe potens,) dominarier aptum eſt
Principio aſtrifero, ſceptro vnicuiq; dicato:
Iam verò effectus variant; nam ſępè benigni
Naturam errantis ſtellę, vireſque ſequuntur
Felici auſpicio Regni: quandoq; nocentes
Influxus ducit, rabie effręnatus acutà
Iuncto Infortunę; aut cum, triſti ſorte Regentis
Principis inficitur, diuerſo ex vndiq; cœlo.
Cernis in Imperijs, ortus, ſtellaſque, modernis,
Orbe ſub hoc; magnos caſus, motuſq; cieri
Germano iuri; ſegetes, & pabula lambent
Ignoti pecudes, peregrinis enſibus arbor
Fructifera (heu) cadet, haud victum paritura colono;
Sicque ruent Domini; ſic multi deniq; Reges,

Semine regali vel deficiente, peribunt:
Aſt alios nouiter duplicata potentia tollet
Conjugio, vel Marte ſimul, bona juncta tenentes:
Nam nullum infelix Fatum, quin, munere Diuùm,
Fauſtum alicui fiat: cum jam ſacra membra potentis
Imperij diſperſa gemant, hoc sydere mota
Component alij faciem, pulchramq; figuram
Cœleſtem, & proprium renouabunt Aſtra Monarcham:
Cum variat Natura vices, ſic bella vocatur,
Quod quoq; in Imperijs nouiter nunc cernitur ortis;
Attamen Auſtriacum (cauſa quod diſpare motum,
Syderibuſq; alijs, diſcrimina plura minatur,)
Hoc numero, à CAROLO, fuerat qui gloria gentis,
Incipiet renouare ſibi, quæ perdidit arma,
Ceu quaſi naſcantur, miracula ob alma, triumphi.
Sed ſi principium à Nato deducitur Orbis
Dictæi, cum vita homini tam longa negetur,
Zodiaci licet hic noſtris Aſpectibus vti;
Iam verò Aſpectus numerum ſi æquare relatum
Conſpicies aliquem, multo magis inde potentes
Acquiret vires rerumq; cacumina tanget;
Quadratus, quem Sextus agit, Sextilis habetur
Orbis Dictęi; atq; ideo robuſta ciére
Fata poteſt Regis, quem natum nouerat ortum,
Subjectum huic, plenis numeri jam viribus, Aſtro:
Sic Regis, Regniq; ſimul, fatalibus annis
Hinc natis, cernes Aſtrorum ex ordine magnas
Res fieri aduerſas vnis, ijſdemque ſecundas,
Vel contrà, vt Nato diſponunt sydera cuique;
Nam ſæpe exiſtunt fortes, ſaluiq; Planetæ
Pro ſceptro, & ſummà prębent cum laude trophæa,
Longæ aduerſantur sed (tanto lumine) vitæ:

Carolus V. natus anno 1500 cui adiungitur Orbis Magnus Iouis 144. annorum: Sicq; ſeruentes ad an. 1644 quo tempore mala acciderunt deſcendenti-bus: vti ex hiſtorijs patet.

Quadratus à 6. 36 naſcitur à Sextili Iouis.

E 2 Haud

Haud natura poteſt humana tot ardua ferre
Sic bona, ceu radios fixè neque cernere Solis:
Climatericus Hoc magis eſt illi, cui Clımatericus annus
Iungitur, hoc Orbe, aſpectus quoſcunq; tenente.
Magnus Alexander tibi ſit pro mille canendis
Exemplis; nam vicit ouans, impune ſuperbus
Mundi regna procul, magni radiante Tonantis
Orbi Hexaggono, numerati ab origine vitę:
Aſt tandem numero, quo Climactericus extat,
Septeno adjuncto, vitam ſibi morte rependit;
Vertitur in nihilum, per tot ſibi parta, Monarcha
Maximus Europę, Regna; & nil inde, triumphis
Obtinuit tantis, fieret ne puluis, & vmbra,
Ætatis florente ſuæ ſub tempore lætæ:
Non bene Fortunę, & vitæ Fata vndique natis
Proſpera junguntur; namq; iſtud deprimit illud:
Cernant victores Reges, ſummiq; Monarchę,
Quid melius, vixiſſe diu ſine laude potentis
Imperij tantà, vel Mundi ſceptra tenère
Maxima, sed breuiter moriendo ea linquere Fatis.
Credo equidem, nec vana fides, plus ſępe valere
Viuum hominem,& miſerum, defuncto Principe, quamuis
Liquerit innumeris florentia Regna trophęis.
Quidnam ipſis addit magnarum gloria rerum
Regibus, exiſtant Mundo, aut magis inde beati
Producant vitam, vt tanto illis ſanguine fuſo
Humano, vacuum per tot diſcrimina nomen
Nullius quęrant pariturum munera vitę?
Non eſt in multis ſpectanda corona triumphis,
Cum ſine clade virùm, & forſan ſine crimine, nunquam
Horrendo eueniant: Verum laus maxima Regum,
(Qua vitam efficient longam, qua deinde beati

Maje-

Majeſtate frui poterint, ſceptroq; potiri
Et nati natorum, & qui naſcentur ab ipſis,)
Iuſtitia æqualis cunctis, defendere dextrà
Forti inculpatos, & facta inhibère nocentum:
Non tantum arma decent, quantum Clementia Reges;
Namq; Mali hàc paſſim recipiſcunt deniq; ab altis
Criminibus, vitamq; nouam ſine labe reducunt
Illis ſæpe boni (ò dolor !) infeſtantur iniquè.
Heu cernant quanto Iuſtorum munere ſanguis
Cōſtet apud NVMEN SVMMVM; vt tot damna, truciſq;
Militis audaces caſus, violenta pudicę
Virginis integritas, furtum, injuſtæq; rapinæ,
Et cunctam tormenta necem ſuperantia, & artem
Sæuitiæ, quibus Harpyæ, quas Martia nutrit
Libertas, lacerant miſerorum corpora, triſti
Vt poſſint auidè extorquère à paupere nummos;
Deniq; vt hęc mala vitæ omnis taceantur, honeſtæ
Aduerſa, (injuſtum bellum furiale;) propinqua
Ad ſua reſpiciant; pereunt iuuenilibus annis
Ipſi Victores: poſt illos, Sceptra periclis
Millibus expoſita, ad dominos venère negatos,
Infenſoſque ſui, quos nolint, ſanguinis hoſtes;
Sed forſan ſic Aſtra volunt, ſic magna notarunt
Euentus, nemoq; illis parere recuſat;
Quapropter, quia magna ſimul concurrere cernes
Sydera, vt Imperijs regnent, Dominique moderni
Colla gerunt Orbi, quem Iuppiter edidit, & quem
Saturnus pariet, penitùs mutata videbunt,
Quadratu à ſexto, quem ſic vis luminis Orbis
Hexaggoni apicis Iouis hunc producere viſa eſt,
Septeno adjuncto numero, quaſi caſibus acta
Imperia, atque ipſos Dominos, fatalibus vltrò

An.36.ætatis periculoſus Re- gibus; ſi aut- additur 7. & fit 42 perfe- ctus, vel 43 currens, ma- gis eſt pericu- lo plenus, v- viſum eſt in Alex. Magno & in Regibu- Modernis.

Mo-

Motibus immixtis : quorum perpende futura.
Iunctus amicitià, forti per vincula nexu
Mutua conjugij, pacem ſupereſſe futuram
Perpetuam, hos inter Dominos, ſummaſque Coronas,
Gallus & Hiſpanus, promittit vterque Monarcha;
Fœdere coniunctos, & religione ligatos
Vtraque deuinxit, commixto ſanguine, conjux,
Hinc gentilitia, & patrios ſeruanda Penates :
Sed vis Aſtrorum, à cauſis tot nata malignis,
Seu potiùs Mundo régnandi injuſta cupido,
Cordibus elatis, ſanctiſſima fœdera rumpet,
Franget amicitiam, violabit ſanguine junctos;
Alternoſque Thoros, omni pietate remotos;
Contemnetque Deos, vt ſceptro addatur inerti
Pars aliqua in terra, Superis Acheronta reuoluet.
Magnus habere parem non vult Pompejus ; Iulus
Reſpuit Imperij ſocium ; ſic deinde reſurgunt
Bella per Æmathios pluſquam ciuilia campos.
Haud aliter Mundi turbarier omnia ſæuo
Regna per Europam, ac bello oppugnata maligno,
Conſpicies : hinc multa ruent, & victa tacebunt;
Sed quoq; mortifero recident victricia caſu.
Principium damni non eſt à Regibus; Aſtra
Omnibus exiſtunt non infelicia Natis :
Labe Gubernan um potiùs ſors dura mouetur;
Cum, non conueniens conſpurcet Regna Miniſter,
Pręcipuè, ſi mente cupit, deuotus in aulà
Ignauà, accenſo Mundum diſponere bello;
Vel cum Marte parat, cunctando ardentia magno
Arma ſibi, longum Imperium; vel deniq; Regnum,
A ſacris, Mundi, furijs agitatus, anhèlat;
Hinc mala fœdus aget, naſcentur fœdere damna;

Que-

Queìs Mundus summas patietur vbique ruinas :
Incipiet tunc grande malum ex Aquilone; colonus
Germanus licto penitùs vastabitur agro :
Nunc Cęsar, nunc hostis ineis, consumet amœna
Milite rura nouo, dein defectura relictis.
Vir quoq; magnanimus, Rex admirandus ADOLPHVS
Actis GVSTAVVS, nulli in Mauorte secundus,
Germanas per opes surget, primique videbit
Quadratu numeri redimitis tempora palmis :
Insignis jam spectat eum Victoria, dicto
Curriculo ętatis; quà tandem sceptra coronę
Exaltare suę, aduersà in tellure valebit;
At Mars inuidià motus, fera vulnera Regi
Occultis armis impinget, Numine tanto
Haud dignum facinus : sic sors humana secundis
Aduersa immiscet : sed prospera vera, beatos
Omnibus esse dedit, si quis cognouerit vti.
Mars itaque armorum Dominus, sub corde timère
Incipit, (& tangunt hæc sæua pathemata Magnos,)
Ne belli vlterius GVSTAVVM Numen adorent
Mortales; ideòque parat Fata vltima Regi
Victori; sic Thema sui prædixerat ortus,
Dum Saturnus atrox Solem feriebat, in Ortu
Mauorti nimiùm indulgens : sic cętera cœli
Sydera dicebant; si forte euaserit istis
Ensibus astrorum; Numen, summusque Monarcha
Europę fiet; si verò accumbere mensis
Cogatur Diuùm, & vitales liquerit auras,
Tradet habenda suis Mauortia sydera : bello hęc
Concutient ipsum, potuit qui talia, Martem;
Deinde Admirandus, MAGNVSQ; vocabitur HEROS,
Cujus in ęternum laudes, & fama manebunt :

Accen-

Predicitur Rex Sueci Gustauus venturus in Germaniam dimicaturus cum Cæsareis, eos victurus, & Germaniam occupaturus. Ex suo Themate patet.

Predicitur victoria insignis Regi Gustauo, anno ætatis suæ 36. quæ postea successit die 17. Septemb. an. 1631. apud Lypsim, euicto Tillio : qua dominium in Germania, sibi, & suis cōparauit ex suo, & Tillij, Thematibus, hoc prædiximus.

Predicitur Regi Gustauo mors in prçlio, ex vi constellationum sui Thematis : atq; ita euenit, die 16. Octob. 1632.

Prædicitur fœdus nouum inter Gallum & Suecum poſt mortem Regis Guſtaui.

Accendit dubium defuncti Principis ignem
Gallus in Imperium; aſpiranſque ad ſumma, remotos
Solicitat populos: frangent data Iura, fidemque
Extremi Hiſpano; aſt Gallus noua pacta, manuſque,
Genteſq; ignotas, alienaſque vndique vires,
Colligit, vt ſolos oppugnet multus in hoſtes,
Imperij aduerſos, affines ſanguinis, vltro;
Sicque parat turbas, ſi non preſentia, bello
Nomen adeſt Regis; Regiſq; ex omine, & Aſtris
Cuncta gubernantur, ſupero ſtatuente Miniſtro;

Victoria multiplex Gallo contra Auſtriacos prædicitur.

Victor ab Auſtriacis geminis vexilla ſuperbus
Magna feret; propriumque armis extendere Sceptrum,
Hexaggoni apicis Iouis, vt conceditur, Orbis;
Germanas Vrbes, Hiſpanaq; mœnia, & arces
Vndique Marte feras Belgis expugnat ouanti
Lauro, concutiens orbem victricibus armis,
Fœdere conjunctus Regnis; aſt corda Virorum
Auro concilians: Magno res digna Monarcha,
Muneribus vincire homines, & honoribus altis;
Sicq; Planetarum ſuperùm loca juncta, ſub ipſo
Corde Poli, dederant, & cetera lumina fixa,
Extolli Regem. Aſt numerus radicis ad ipſum 6
Quadratum appoſitus, ſortis tot munera dantem, 36

Prædicitur mors Regi Gallorũ, anno ætatis 42. vt patet ex ſuo Themate.

Infeſtat vitam, quia * multiplicatus eodem 41
Septeno Errantum, motumq; criſemq; malignam * Sextus 6
Excitat, hæ ſeptem cum ſunt praui eſſe, figurà 7
Cœleſti, Luces; ſed enim omnes ipſe Planetas 42
Sub terrà quoq; habet Rex Inclitus; vnde timorem
Adducent Palmę, ac vmbras phantaſmata lauris;
Si decet Heroes ſua Fata timere Monarchas:
Aſt etiam extremis dabitur victoria, quando
Iuppiter inde Seni rurſum jungatur iniquo,

Piſci-

Piscibus ætherijs, vitam cum sorte rependens
Majori abscissam: lugebunt funera tanti
Principis Astricolę; plorabit Mundus, & vnà
Continuis absumpta malis Europa gemiscet:
Spes aderat, nec vana quidem, quod Numina, Pacis
Existens Princeps, hominum miseratus acerbæ
Fortunę, recolens, bellis grassantibus, omnes
Et Reges, Dominosq; simul, sua cuiq; relinquens,
Victor ouans, hostes concordi pace ligaret:
Et rem perficiet, ni mors iniusta, volare
Admirandum animum citiùs super Æthera cogat.
Exsurgent Domini, bello durante: tacebit
Pax ideò; ne fortè cadant: qui cuncta gubernant,
Humanum irridet, quia vanum cogitat, omnem:
Haud hominis, sed sancta DEI, (per cuncta,) voluntas
In Mundo fiet. Quid, tu, contrà ire valebis?
En Mors accedet, tandemq; in puluere vermis,
Quin te tanta juuent vel sceptra, aut Regna, jacebis,
Quamvis victori tibi pulchra palatia restent;
Irrita sic fient, in cœlum, tela Gigantum
Post cantata tibi, nunc dictis cetera jungam.
Et quoq; Fata mouent, Regnis aduersa, Monarcham
HISPANVM, atq; crisem aduersam sentire videtur
Hoc numero annorum, & causis cœlestibus istis;
Solis in exortu, occiduoq; in littore, scindet
Sors sceptrum, prolis quasi vestimenta Iosephi,
Quę vates seruo Rechabàni tradit habenda:
Pręd'ixère graues generalia sydeda casus
Temporibus nostris; sed particulare notauit
Hoc Regis jam Thema suum proprijq; Ministri;
Quem veluti ad sceptrum, summis & honoribus aptum
Iuppiter ascendens, latus vsq; ascendere fecit

Viuente Rege Gallo Ludouico xiij. Pax in Germania promittitur; sed eo mortuo, bella recrudescēt.

An. ætat. 36. currētis, quod tempus ad annū 1640. deducitur, quādo incipiet Magnus Orbis Saturni decimus sextus, Hispano magna calamitates prædicuntur; vt ex suo Themate constabit. Scindet sors sceptrum, nempe duo Regna separabit à Corona, in Oriente, Cathaloniam; & in Occidante, Portugalliam. Culpa reijcitur in malam Ministri administrationē, vt patet ex Themate Comit. Ducis de Olivaris.

F Nati,

Nati, Aſcendentem cujus proprio ille tenebat
Sexto interſtitio cœli; quod Regibus Aſtrum
Conjungit ſeruos, & amore & honore ligatos;
Sed diſcordabat felici à Themate, Regni
Principium aſtriferum, atq; ideo infelicia tandem
Quęq; minabatur. Per ſe Rex maximus vltrà
Errantum nullum, vitales miſſus ad auras
Conſpexit ſupero cœlo; lęſamq; ſecundà
In ſede obtinuit Lunam, feriente, malignè,
Saturno; hiſq; aſtris Patrimonia lęſa videntur;
Vt quondam ſub Auo radiarunt Belgicà rura:
Prætereà Martem, cui, ſigno, Horoſcopus extat,
Dejectum in ſexto tenuit quo sydere Seruos
Excitat Armipotens, Dominos contra arma mouentes.
Non tamen infelix eſt vndiq; Thema Monarchæ,
Infortuna potens non eſt ad vtrumque, nocendo
Imperio, & vitę, ſatis eſt ſi damna coronæ
(Vt Symptoma,) queant certis inferre locorum,
Temporibuſq; datis; nam Diuùm munere, vita
Longa erit, & felix numero, (quem hucuſq; relatis
Regibus appoſui, quaſi certa pericula vitæ,)
Viuenti elapſo: quid enim? bona Fata ſuperſunt:
Cęleſteſq; aliæ cauſæ, quibus orbis vbiq;
In sceptris regitur, maturo, iure, fauère
Incipient Regi, illis vt cognouerit vti:
Et quoq; Thema fauet proprium; cęlumq; fauere
Cernitur HEROI, qui iam ADMIRANDVS habetur;
Promittit meliora, ſuus, poſt nubila, Phębus
Signo exaltatus Martis; tandemq; Senatus
Aſtrorum, vt vitam defendit, ita ipſa reducit
Munera Fortunę, cęleſti hac parte, ſecundæ.
Nec reputes vanam, pro iſtis ſucceſſibus, vnquam
Virtu-

Prædicitur vita longitudo Regi Hiſpano: qua exiſtente, iterũ perdita dominia recuperare, & bona alia ſibi acquirere poſſit.

Nota bene vires aſtrorum, quæ Hiſpano iterum promittunt bonã fortunã, in ſua maxima infortuna, vt diximus in iudicio natiuitatum Regum.

Virtutem astrorum, quamvis contraria cernas
Eventa in bello; namque hæc aliquando resultant
In mala victoris; sitque inde, his, gloria victo:
Temporis, & casus, stantes circum vndiq; causas,
Et finem, & medium, ingenio rimare profundo;
Et facilè inuenies, cuinam sint prospera Fata
Victori, aut victo: námque hic persæpe valenter
Egit virtute Heroà; quà deinde malorum
Congeriem rebus visus reparare futuris:
Fortuitò ille bonis, vel mille ob iuncta, potiri
Inuenti potuit: sed quando aliena recedent,
Perdere cuncta solet; sic parta, ita plena labascunt
Ex leuibus causis: & adhuc florente secundæ
Tempore Fortunæ, malè sorte vtuntur amicà,
Queis natura negat pietatis Numina; quique
Interna virtute carent; qua sæpè malignas
Emendat clades; medio quà prospera motu
VIR qui ADMIRANDVS placidè seruare videtur.
Pręciso hoc numero Austriacus germanus habebit
Deuotum Imperium, pro bello, & pace: potentes
Hostes insurgent, deducti munere Regum,
Marte noui, & fortes; ast si cognouerit vti
Tempore, felicem sceptro experietur Olympum;
Et forte infensi sibi agent mendacia dictis.
Est quoq; cuiusdam numero Fortuna sub isto
Principis, Hispano nunquam, ob diuersa, fidelis
Astra: intermedius tamen ipsos corde ligabit,
Si fuerit felix: tuncque admiranda resurgent,
Diuersis causis, ad cęci commoda Mundi.
Iuppiter his magno, & reliquis aspectibus, orbem
Concutit, orbe suo, Dominosque, Virosque gubernans:
Nascuntur sic Magni Orbes; hoc nomine dignum

F 2 Præci-

Orbis Saturni propriè vocatur Orbis Magnus, de quo Auctores loquuntur.

Numerus mixtus ex 12. & 30. per multiplicationẽ nascitur ex Orbe Magno Saturni Orbis Magnus Saturni decimus quintus incepit an. C. 1180. sub signo Profectionis Sagitt. Orbis Mag. decimus sextus incapit in æquinoctio Autumni an 1640 sub signo Profectionis Capricor.

Pręcipuè Saturnus agit; nam curſibus implens
Bix ſex Zodiacum, deducto ab origine Mundi
Principio, Regnis metuendum procreat Aſtrum.
Naſcitur hinc numerus, varijs radicibus ortus,
Tempore habens longo hanc cauſam; ſed fixus ab Orbe
Magno hoc, ter centum retinens, ſexq; inde decènas,
Pro Regno Aſtrorum, deducit robora, ab Aſtro
In quo exaltatur Saturni ſtella; datumq;
Currentis signum Magni proficiſcitur Orbis:
Quod tantà annorum Mundo, compagine regnat:
Iam decimoquinto, (ſignum quem hucuſq; Sagittę
Diſpoſuit,) lapſo; en ſequitur metuentibus alter
Caſibus Europæ, qui nunc à sydere Capri
Progreditùr; quo bella parat; quorum ecce minatur
Et mala, & ardenti ſubeunda pericula Mundo.
Hoc Saturnino vertentur maxima ſęclo;
Illis pręcipuè, quorum cœleſtia, dictę,
Regibus, aut Regnis, diſcordant Themata, cauſę.
Aſt propter tam magna vicum, rerumq; potentum
Robora, & effectus tantos, ſpeculare minutim
Progreſſi signi partes, & membra, graduſq;
In quos diuiditur: nam quinque minuta ſub vno
Quoq; anno abſoluit; ſic lentè hoc Orbe mouetur.
Iam verò Imperij, aut Nati ſtellata figura
Natalis, tangit ſi fauſto sydere punctum
Signi Orbis Magni, Dominis felicia ducit,
Influxuſq; bonos terræ: aſt cum forte malignis
Iungitur, aut radijs inimicis lęditur; omnem
Efficiet cladem, damnum celeremq; ruinam.
Exemplum tibi veſtra nouis Hiſpania monſtris
Præbebit, quando duo Regnâ potentia, in hujus
Orbis principio, ſeparari cernet ab ips...

Ab huius Orbis principio, ideſt ab anno 1640. influxus omniũ cauſarũ cęleſtiũ, circa Regnorũ mutationes, sũmèdi sunt, atq; ab hoc principio circa Hiſpaniã ſuorũ Regnorũ deſectiones inueſtigauimus; & primũ, Cathaloniæ deſectio.

In-

Infriget glaciem, munitam frigore longo,
Concretamq; diù, primum Cathalonia, vanum
Ni cęlum expono; qua ruptà absorpta ruinis
Agmina Gallorum, Hispanos turbare Penates
Pænè videbuntur; clades præcedere tantas
Nautica cernetur, quando haud prudentia QVENDVM
Naturę aduersus legem, Nati omnis amicę,
Vt, sicut tacitis potiùs succumbat Amyclis,
Ordine quam verso, sese defendat ab hoste
Haud tantum audenti facinus, mandata retardent.
Hinc varij casus, gentisq; pericula surgent;
Vltima deficiet terrę plaga; fixus in atros
Decidet influxus, Tagidùm qui flumina gustat:
Fundamenta ruent sceptri; armorumque sonantum
Miscebunt strepitus populi, paulo ante quieti;
Hispani & Lusi insurgent, bella horrida, bella,
Et se cum multo spumantes sanguine cernent:
Sicnè Monarchię Lusææ Fata resurgent?
Nobilitas sine Marte cadet, passimq; furentis
Syderis, & timidi patietur damna rigoris:
Queìs nam vera fides, quibus & sine crimine, factum
Proderit, insontes si Magnos perdere tutum est?
Annè luent pœnas scelerum, quibus vbera matrum
Olim fecerunt, teneris à fructibus orba?
Queìs priscum antiqui pactum, inuiolabile sanctis,
Promissi violare ausi; atque ad adultera nuptam,
Virtutis specie, fœdari brachia cogunt?
Impedient nè bonum, vest is quod sydera Lusis
Alta Monarchià (mirùm) dixère renata;
Haud equidem. Ergò omnes furiant, repetentibus armis,
In socios, hostesque simul: quid deinde futurum,
ADMIRANDO stante VIRO, Astris hiscè potente,
Lu-

D. Antonij Oquendi classis potētissima ab Olandis penitus arruinata, principium dabit calamitatibus Hispaniæ.

Defectio Portugalliæ à Rege Hispano uti diximus in Anacephaleosi Monarchiæ Lusitan. an. 1624 excussæ.

Prædictio interfectionis Magnorū Lusitanorū, ob culpā impositam. fictitiam tamē, vt est de more apud illā gentem. Maiestatis læsę, quam ex Thematib Regis, interfectorū, & nouę mutationis Astrologice colleximus. Causa huius tyrannidis reijcitur ad ea, quæ facta fuere, cōtra innocentes à Ioanne 2. Portugalliæ Rege.

Luſiadis erit, incipient prędicere cauſæ
Poſteà cęleſtes, à ſenſu & mente petitæ:
Europę Dominos Magnus furientibus Orbis
Exagitat bellis omnes; nulluſq; quieto
Tutus eris Solio. Quid magna Britania ſentis?
Interiora tibi miſeræ intenteſtina mouentur
Cladibus aſſiduìs populi, & ciuilibus armis:
Sanguine inundantes vrbes, fuſiſq; Virorum
Rura cadaueribus; veterum meminiſſe tenentur
Damnorum, proprijs morſo jam pectore damnis;
Cum conopæis Lundini tecta duobus
Pons capita inſontum cernens abſciſſa, cruòris
Sanguineo, per mille dies, fuit æquore tecta,
Sed modo nil, Regni sedes niſi adacta, videtur,
Imperio firmi; majus, ſi littora curet
Vicina, vt maneant antiquo immota Tridenti,
Fiet ouans, Regiſque ſui ad vaga Fata, quieſcat.
Cubicus à ſeptem, ex iſto quoq; naſcitur Orbe; Cubicus à 7 343.
Attamen inde valet ſpacio noua Regna minori
Coniuncta ob ſuperæ, diſponere, robora lucis;
Sicut in Auſtriacis vidiſti hucuſque coronis
Anticipari annos, qui poſtponuntur in orbe
Completo, vt videant meliora euenta moderni.
Hic etiam à certo Magnus deducitur Orbis
Principio Imperij, quando, anni ordine, totum
Zodiacum, vicibus Signorum æqualibus, errat
Saturnus; ſummoſque valet ſic ſternere Reges.
Sed quoque iunguntur radijque, Orbeſq; minorum
Rite Planetarum; fitque inde potentia maior
Ad Regnum aſtrorum: numeriq; oriuntur, acutas
Qui clades, motuſq; cient: cvm Iuppiter vnà,
Saturnoſq; parens iunguntur in Orbibus iſtis

Ab an. 1640. crudelius exa-citabũtur bella in Europa. Prædictio belli acerrimi ciuilis apud Anglos, quæ ex Themate Caroli Regis Aſtrologice prædiximus. Cauſa belli ciuilis Anglici reijcitur in Tyrannidem exercitam contra nocentes. vnde Vſte in cõſolat. Iſraelis. Prædicitur Anglis bellũ cum vicinis, ideſt cũ Olãdis, poſt oblatam, & ſi-bi vnitam Regiã poteſtatẽ; quo negotium Regis, ipſis quietari videbitur: Sed Anglia valebit, deſt potẽs reddetur, ob coniuncta in amicitia ſibi regna. Coronæ Auſtriæ inceperunt capere augmẽta ſua in decimoquinto Orbe Magno Sat. ſub ſigno Sa... in Autum. an. 1:8?. sub Rudolph. I ... antẽ iſte nume... rus è cubitu à 7 & cũ deſinit ... numerus radicis ad cõ-dem. Orb. M. an. 1640. tuc ab an. 1637. ſuas malas fortunas incepiſſe dicimus.

Com-

Completi, miseris, & non impunè, superba
Casibus exagitant ipsis quę subdita, Regna;
Tertius hinc numerus perfectus nascitur; octo,
(Qui remanent,) Astrum, Lunę vi, absorbet inanes
Accelerans fœtus; proprio ceu fęmina partu
Sępe videt. Fiuntque aliæ, ratione mouentis
Orbis, Syzygiæ Astrorum; numerisq; relatis,
Educunt orbi metuenda euenta profano.
Hinc numeros sceptris, intenta mente, reductos
Hebræis, inquire datos miscentibus ipsos
Errantum Superum radijs, Martisque, vicissim,
Orbibus è proprijs, sic permittente TONANTE.

Tertius num perfectus supra lib. 1 vers 169 & deinceps.

ALTERA causarum, quæ res superosque Monarchas
Commouet, & sceptro sublimius imperat omni,
Errantùm Superùm, signis conjucta duorum
Zyzygia estitit: duplex quę dicitur: vna
Est media; & signum diuersę nata coruscans
Triplicitatis habet; sed non aduersa, duabus
Naturis, proprio sortitur sydera Regno.
Bis centum hæc annos, numerat (minus inde duobus
Non tamen impletis,) hoc est, bis quinq; minores
Ex proprijs, Synodos. Quando autem in origine sceptri
Formatur, fœtum quasi amatum lambit, alitque;
Et virtute potest quacumque, extollere tentat.
Sic plura antiquis nascuntur Regna Tyrannis:
Triplicitate Cores terrę incepisse, leuique
Aere Alexandri, Magnum quem Regia virtus
Nominat, exque aqueo Mahomèti emergere Signo
Dicitur Imperium. Sed sępe adjungitur vni
Altera; fitque duplex Media, admiranda resurgens
Euentis Synodus, Virgę fatalibus omni.
Gallica jam pridem Imperij sacra virga nitentis

Altera causa mutationis Regnorũ, est conjunctio superiorũ Planetarũ.

Vide Card. 1. aph. 65.
Et nostrã doctrinam de hac rẽ.

Card. 1 aph 73.

Tri-

Imperiũ Gallicũ in triplicitate aqueæ imperat; vnde coniunctio Saturni & Iouis in Piſcibus an. 1643. ipſi fauebit. Sed minima Solis eccentricitas an. 1653. Hiſpano magis erit vtilis.

Triplicitate aqueà incepit ſub Piſcibut olim,
In Media Synodo: ſic nunc ſub ſtirpe Regente
Floreſcit, ſummoſq; tenet, per bella, triumphos
Ignea namque ignem vincit per Numen aquarum,
Sic quoque ab ignitis, vbi regnant, lęditur aſtris.
Belgia (connexo quę fœdere juncta coruſcat,)
Hac quoq; ſignorum ternà compagine floret
Sub Cancro; ſed adhuc ſceptri ad noua fulcra potentis,
Principium ex aſtris aliud memorabile, noſtris
Conſequitur, (vanum neque erit prędicere,) cauſis;
His fortaſſe, nouis veteres mutabit amicos,
Cum jam ſuſpectos duplicata potentia reddat.

Imperiũ Belgicum in Cãcro; ſed ipſis, mutatio amicorũ, & inimicorũ, in his temporibus, prædicitur.

Altera, apud Synodos ſuperis memoranda Planetis,
Maxima cenſetur; (Regnorum & maxima cauſa eſt)
Ex aqueo quando, in diuerſo, ardenteque ſigno,
Iuppiter, atque Parens, lento conjungitur ęuo;
Conueniunt, de more, loco feruente Planetæ
Hi Superi tandem longo poſt tempore; & altas
Res humanorum maturà inquirere mente,
Inſtituunt; ceu jam liceat noua robora Regnis
Addere, ſiue auferre, nouoſque creare Monarchas.
Vtque Poteſtates cœleſti lege gubernent,
Concilium ſublime vocant; & ſede locati
Ignità ij Superi, numeri poſt ſæcla deceni,
Conueniunt; & ſæpe volunt his Sydus adeſſe
Martis, vt ætherei decreti juſſa ſequatur;
Namque ad bella viros, alioſque ad ſceptra vocari,
Nonnullos in vincla jubent miſeranda retrudi;
At Veneris precibus motus Pater, eſſe Latinùm
Signa, (fauente Deo belli,) victricia juſſit:
Hiſque Monarchiam fieri: ſicque omine dextro,
Principiò viſum eſt; nam Cęſare creuit & Orbem

Coniunctio maxima Saturni, & Iouis fit an. 794. dieb 331. hor. 15.35. 8.

Ob-

Obtinuit totum; quod quarta ignita potenti
Triplicitas dederat, per amantia sydera, Romę;
Et natalicium tanti promisit Iùli.
Hoc tamen evulso, penitusque in Apollinis ortu
Euerso, quintà Carolus tunc Magnus, in altum
Triplicitate tulit, per Gallica Bella triumphans:
Pontificique datà Italià, Germanica curat,
Imperij sceptrum Germanis tradit habendum:
Sic cœlum arrisit; nec non natalis amicis
Syderibus fulsit proprius, causęque ligauit,
Quam canimus mutare Soli Regna omnia posse.
Nunc iterum his astris, ad versisque hostibus actum
Turbato sibi magna timet discrimina, namque
Pulchra videretur cum nunc, sine labe, figura,
Principe sub tanto Imperij, summisque Virorum
Appositis membris, & conuenientibus apta;
Dilacerant corpus nerui; vnitàque potentem
Virtute, exagitant molem, separantque, malignè
Corruat vt tandem; seque ipsi perdere gaudent.
Ast Pater Omnipotens, sortis miseratus inanis,
Germani Imperij, stellis (quibus illud Olympus
Ter quondam extulerat) concedi in Æthera tolli
Priscum, composito solio, pulchramq; figuram,
Vnitis membris, iterum reparare videtur
His astris: Aquilas demùm nam sexta cadentes
Triplicitas dedit Austriacà virtute renasci;
Sic Synodus Superùm Errantum noua Maxima dicit.
Ast huic Syzygię, æthereà res sorte mouendæ,
Quadratus (Numeri duxit quem, rite, secundus
Perfectus, vel forte nouem, quem Cubicus auget,
Adjunctis alijs, alieno è fonte renatis,)
Congruit; extenso ad motus hos tempore, lentis

Quadrat à 28 784. & cubicus à 9. 729.

Hisce temporibus, quæ comprehendũturà maxima coniunctione Satur. & Iouis in Sagitar. in Decembr. an. 1603. & ab Orb. M. xvi. Satur. sub signo Capricor. incipiente an. 1640. & ab eccentricitate minima Solis in ann. 1653. Imper. Rom. German. collabi omnino fore videbatur; sed in hac septima triplicitate, renouabitur ab Austriacis, atq; iterum in eius Augustiss. domo permanebit per alium Orb. M. idest per 360. ann. infra l.3. vers. 199. vsq; ad 211. & tom. 2. Astrol. reform. l.7. cap. vnico c.5. §.11. vbi quæritur, vtrũ familia Austriaca (Astrologice quæsitũ) possit adhuc in Imperio durare, sub hoc Orbe M. 16. currente, sub profectione signi Capricorn. & quomodo pars affirmatiua. Astrologice. et Politice ostendatur.

G Con-

Congrediens pedibus: ſpatia ad ſic longa moueri
Res ita ſupremas ſtatuit Prùdentia cœli.
Aſt alia exiſtit, (nunc me affirmante,) duorum
Errantum Synodus, venturis Maxima rebus:
Cum poſt Saturni hoc Sydus, mox proxima Magno
Orbi formatur; validum vt deducat in actum
Illius effectus, & conueniente ferantur
Aſtriferà causà, Mundi tot Regna mouendi.
Talis erit, quam noſtra ſibi conſpexerit ętas,
(Dinumerans vulgari Epochà, communiter annos
Mille ſuper, centum bis ter, quater inde decènis
Adjunctis, anniſq; tribus,) ſub sydere Piſcis.
Hoc aſtrum Gallis felix, ijſdemq; nociuum;
Atque etiam Auſtriacis, Danis, mixtiſq; Suecis,
Hiſpaniſq; ſimul, victis victoribus Anglis;
Et cunctis portenta feret. Tibi, (forte vidère
Si liceat Vatem, aſtrorum Secreta,) patebunt
Hi miri effectus, meliori voce canendi.

Coniunctio Satur. & Iouis an. 1643 in Piſcib.

Prædicitur ſucceſſus ann. 1643. in quo infinita portẽta circa bellũ videre licebit. Mixtiſq; Suecis, ideſt Sueci ſe miſcuerunt cũ amicis ſecretis, vt in Danum irruerent, infra l. 3. verſ. 136. deinceps.

Tandem eccentricitas Solis cauſa vltima rerũ
Tantarum, & forſan majori vt robore plena,
Iure ſalutatur ſtellati ab honore Senatus:
Hæc lento, tardoq; ſuo, quo cognita, motu,
Efficit aduerſę Rotulam, ſortiſq; ſecundæ
Fata reducentem, Solijs dominantia magnis,
Diuiſam in quartas, quarum dein quæq; gubernat
Hoc Majeſtates menſurę flebilis, atro
Funiculo expoſitas: quondam ſummà abſide Faſces
Suſtulit; exque illis potuit formare coronam
Imperij ſummam: per multa pericula, ſceptrum
Duraturum alijs, Romà dominante, figuris.
Abſide fortunam variam portendit in imà
Regibus Europæ antiquam de Faſcibus ortam

Ex hac cauſa venit Cubicus à 12. nẽpe an. 1728. tot enim fere à sũma Abſide Circuli vſq; ad imam in minima eccentricitate an. 1653. numerantur.


Per-

Percutiet virgam, sæclo, facietq; rotari
Impulsam supero, fuso sine sanguine, ad AXAS,
Sic quondam Vates Babilonica nomina dixit.
Deniq; conueniunt, nostro hoc in tempore, causæ
Syderę hę cunctæ, & totę juguntur in vnum,
Vt Fœtum educant mirandum; illoq, Monarchas,
Et Dominos, & Regna simul, terrasq; Virosque,
Concutiant, moueantq; atris successibus Orbem.
Ast hæc cum Superæ Luces, validiq; futura,
Deducta ex proprio, Solium quodcumq; mouente,
Principio astrotum, tractent penetralibus intùs
Secrètis, cunctis non sic monstranda, Planetæ,
Non tibi concedent, (Numen dicebat amandum,
Aliger aut nostrę illustrat qui mentis idòlum,)
Cernere conspicuè; sed nunc requiesce labore
Versifero à longo, forsan, post robore sumpto
Majori, astriferos casus tibi pandet Olympus.

Carolo quinto firmatur Imperium, quādo vicit Electorē Saxonię, qui hic per Axas, intelligitur: vnde omnes Electores Saxoniæ, contra Caroli 5. descēdentes, præualere non potuerunt.

Omnes causæ cœlestes cōuenerunt in hoc tempore Vide quod scripsimus in Anecephaleosi Monarchię Lusitanę, Vlyssipone, excussa an. 1624 fol. 44. vers. & 46. vers. cuius verba in fine lib. 3. afferūtur latino idiomate.

FINIS LIBRI II.



FOETVS ASTROLOGICI.

LIBER TERTIVS.

PANDITVR intereà domus Aſtripotentis Olympi;
Apparentq; Throni varij ; circùm agmina, Marte
Nunc hos, nunc illos, furibundo armata potentes
Efficiunt ; alioſq; ſimul, cum Principe ſortem
In miſeram, antiquo dejectos culmine, vertunt.
Obſtupui, vt ſceptris potui diſcernere magnis
Fata, ſub euentis variè diſtincta futuris :
Talia nec rebar mortales poſſe videre ;
Nec Reges, Dominoſq; pati contraria ; tanquam
Communes homines miſeranda à ſorte moueri.
Aſt animus meminiſſe horret ; ſanctoq; refugit
Reſpectu, narrare ſacrùm Fata ardua Regum ;
Sunt Dij terrarum Reges, & Numina : Summus
R E X cœli, ſancta quod religione colantur
Permittit ſocijs, (ſi fas ita dicere) ſceptro.
Tunc mihi cunctanti, timidoq; futura canenti
Aſtrifero aſſiſtit, ſuperà Ratione Miniſter,
Sydereo vè polo ; & ſic cœlo miſſus, ad ipſas,
Sic Majeſtates pręmiſsà voce profatur.
Sępe viris dubiam traxit ſententia mentem
Curarent Superi terras, an nullus ineſſet
Rector, & incerto fluerent mortalia caſu ?
Nam cum res hominum tantà caligine volvi
Aſpicerent, preſſiſq; pijs regnare nocentes ;
Qui luce expulsà, Veri omni Iure perempto,
Diuino, Humano, vel (pace,) tyrannide fractos
Diuexant populos ; vel jam populantibus armis,
Omnia diripiant injuſto aliena triumpho ;

Et tamen excellunt, sorsq; illos grata secundat:
Quapropter si impune mali grassantur: & ęquas
Non soluunt pœnas; neq: justos Numen amicos
Vnguibus è sæuis visum seruare Leonis:
Iudice de summo meritò dubitare videntur,
An Mundum curet, potiùs vel deserat ipsum,
Irridens miseris vili à tellure creatis:
Sed tangunt hæc facta Deum: jam nomen honoris
Diuini, cum cuncta regat, sanctàq; gubernet
Iustitià, factis, dictisq; offenditur istis;
Tradidit idcircò causis, quas ipse secundas
Condidit Omnipotens, cœlestibus, omnia mundi
Regna, voluntatem faciant vt vindice sanctam
Illis intègro; & facta vnicuiq; rependant;
Donec cognoscant DOMINVM, terrena regentem,
A solio proprio; justumque, piumq; sequantur
Perfectæ virtutis iter; quo prędmia tandem
Accipiant; justas, (circa aut contraria,) pœnas.
Ergo cęlestes, vt Summi jussa Tonantis
Perficiant, mutentque altis successibus Orbem,
Conuenère simul Luces hoc tempore junctæ;
Effectusque suos, juxta mandata benignos,
Aduersos vè orbi, Fatum reuocabile ducunt,
Vtq; suis constent Natis, radiantia cœli,
Sydereis pandunt reseratis limina valuis.
His vt respiciant Fatis euenta futuris

Conuenere simul Luces hoc tēpore iunctę. His tēporibus coniuncta sunt omnes causa cęlestes, quę Regna, & imperia mutare dicuntur: ea sunt quatuor, vt alibi docuimus.

Iam

Prima Coniunctio Maxima Planetarum, hæc est facta, anno 1603. in signo Sagittar. sequitur minor in Leone anno 1623. die 31. Decemb. deinde media in Piscib. anno 1643. a quo suos influxus Mundus sentire incapit.
Secunda. Cometa, qui apparuit die . Nouembr. ann. 1618. & durauit vsque ad . Decembris, nempe per 28. dies, in quibus ambulauit contra signorum successionem à gr. 9. m. 25 Scorp. in quo apparuit ad vsque gr 7. m 45. Virgin. vbi euanuit perficiens gr. 61. m. 42. quapropter per tot annos suos effectus durare faciet, nempe vsque ad annum 1679 completum.
Tertia. Eccentricitas Solis, quæ minor fuit in Maio huius anni 1653.
Quarta. Orbis Magnus Saturni, cuius decimussextus currens incæpit in Autumno anni 1647. ad quem reliquæ cęlestes prædictæ causæ referuntur: & ab isto nos iudicia Astrologica saltem super Hispaniam, & Austriacos deduximus.

Iam ſua mortales ; illiſq; haud Numina temnant
Sancta ; sed ob lapſę reſipiſcant crimina vitæ .
Iam vero , ò Domini Magni , Regeſq; potentes ,
Vobis ſydereæ committunt munera cauſæ ,
Quæ ſunt ſortitæ cœli à Genitore , Miniſtri
Decreti vt ſancti , manifeſti in sydere tanto ,
Sitis (non ſine laude) etenim ſic cuncta relinquunt ;
Pro libito vt fiant veſtro penituſq; neceſſe
Non dicunt mala , sed veſtro emendanda potenti ,
Veſtrorumq; virùm placitis : nam sydera vincunt
Admirandi Homines inimica ; & vetere poſſunt
Influxus , illis quin ſubjectentur , inanes ,
Heroà virtute ; Throni mage firmiter illà
Stant , quam sydereis cauſis : vitijſq; mouentur
In clades potiùs, vi quam Aſtripotentis Olympi .
Sed quia , tot vitijs (eheu) regnantibus , omnes
Virtutes ſine honore jacent ; nulluſq; repertus
Qui faciat (nec fortè) bonum ; cunctiq; Virorum
Corrupère vias in terrà , & Numina ſpernunt :
Idcircò horrendos poterunt deducere cauſę
Aſtriferę fœtus , dominis mediantibus ipſis
Regibus , & Satrapis . Sed non portenta feruntur
Tanta ipſis : populus duplicato crimine plenus
Perſoluet pœnas ; ideòque tot arma parantur :
Poſt iterum proprià renouabunt ſede coronę
Antiquum dominum , purgatæ clade nocentum .
Hinc venit , ò Satrapæ , tandem quod in Marte flagellum
Vni vnis eritis populis , alijſq; vocata
Gloria ; sed nullis omnino proſpera ſurget ;
Nam quoq; victores fauſtà delinquere viſi
Fortunà , elatiq; illà noua crimina condunt ;
Quapropter rumpit virgas , quibus , ordine ſancto ,

Concutit Ipse DEVS virgarum sceptra nocentum.
Attamen ex vobis, (nam cunctos alloquor,) alma
Stella renascetur, VIRQ; ADMIRANDVS, amandæ
Qui pacis dictus Princeps, inimica relaxet
Bella, proculque abigat: sedem, dulcemque quietem,
Et secura trahat mortalibus otia fessis;
Sed quibus ille prius summis virtutibus orbem
Illustrabit ouans, quantusque in Marte futurus,
Felices cernent. Nunc verba potentis Olympi
Syderea exponam, his, Reges, intendite mentem.
Iuppiter audentum contra infestata Gigantum
Tela, mouens enses Diuùm, radiosque Typhęos,
In magis excelsas turres, quercusque supremas,
Arma probat, tantos post hac jacturus in hostes:
Hinc quando strepitus mouet, aut tonat æthere, celsa
Quęque magis pauitant; minus & depressa gemiscunt;
Nunc autem, quando arma quatit minitantia, Magnos
Formident casus Regesq; Troniq; furorem
Luminis infensi; atq; alijs conjuncta Planetis
Robora; namque cadent, (certum est,) de culmine Multi.
Maximus Imperio patitur; casusq; videtur
Incipere à bello sacro; quod deinde profanum,
Marte malum terris multis furiale, resurget;
Vel potius quando, ignotà in tellure, corona
Parva VIRO MAGNO, fulgentibus Arctica bellis,
Sublimis steterit, Lipsensi nata trophæo.
Hæc crescet sociis; quorum jam fędere lapso,
Fortunà dubià, quasi sceptrum stabit inane;
Quam facilè aut bello vinci, vel pace ligari,
Tunc poterit Domino; rerum sed vtrumq; negabunt
Ductores; aliterq; illis sors dura superstat:
Iustior ira Dei, populi irritata malignis

Cri-

Prædicitur ruina Cæsari, circa sua bona patrimonialia. Causa refertur, eo quod Pater eius bellum sacrũ Germanis inferre voluit.

Gustauus Adolphus, Suetiæ Rex, vocabitur Magnus. Et apud Lypsienses, victoria contra Cęsareos potietur. Supra lib. 2. vers. 260.

Gustauus Rex voluit ann. 1628. pacificari cũ Cæsare: Ministri Cæsarei, & Hispani hoc denegarunt. Ex Thematibus Ministrorum, hoc fuit prædictum.

Criminibus, pondus, lucemq; a mentibus aufert,
Ægypti exemplo; vt ſic deteriora ſequantur
Conſilia; & proprio injuſti ſe pectore plectant;
Vel ſcelere infarcti cogantur reddere pęnas:
Sic alitur bellum, pactis renouantibus illud
Germanum externis; atq; his victoria multa
Stabit; ſicq; ruent Domini; ſic deinde Miniſtri
Priſco ab honore ſuo, in foueam cecidère profundam,
Quam fecère ſibi plures, vnius ob iram;
Cedent arma hoſtis; nam ſæpe per illa triumphos
Maximus arripiet: sed quid? penetrare receſſus
Internos dabitur; telis patrimonia cernet
Cæſarea adverſis; multuſq; videbitur hoſtis,
Imperij multas poſtquam expugnauerit arces.

Cæſar patrimonialia perdidit.

Appetitur Pax alma viris, caniturq; per orbem:
Sed nondum ſcelerum cumulis mota ira Deorum
His deferbuerat; sed adhuc vindicta coruſcat.
Exoritur bellum, ne pars hæc libera reſtet,
Haud expectatum: Senioris Regis ad aulam
Vſq; ſacram tendens, terras populatur amęnas
Improuisò omnes; majoraq; damna minatur.
Heu quāti irrepēt ſub pectora magna, timores!
Vtq; Poteſtates ſuſpenſas verſa tenebit
Sors, intenta virùm poſtquam forte irrita bello
Cernantur multis! Princeps inſurgere pulchrà
Famà, atq; armigeris hoſtes inhibere potentes
Incipiet factis; ſortem queis reddet amicam.
Nęptunum accendet Danorum Rector; at ipſum
Lauro interpoſita contemnet Numen aquarum;
Numinibuſq; ſuis ita dicet; & inde Tridentis
Sceptra cadent DANO, Diis reſpectata marinis:
Ergo ſi quicquam, vel magna potentia contrà

In fine an. 1643. hoc iudiciū adimpletum eſt: namq; Sueci, ſine cauſa de repente impetū fecerūt in Holſatiam, & in omnes Regis Daniæ ditiones.

Omnes poteſtates, de hac Suecorū inuaſione in Danū, admirabuntur; quia tunc tēporis Danus veluti omniū amicus, & pacis interceſſor habebatur; sed Thema natalitium Chriſtiani 4. habet Saturnum in quarta domo, infelicem finē ipſi prędicentem.

Eſſi-

[a] Efficere audebit, Neptuni jussa vetabunt,
Rexq; triumphantem perdet sibi in ęquore classem.
Germanę ast Victor terrę, noua mœnia firmat,
Ascenditq; alia, vt domibus potiatur abactis,
Principiò impune; & venturo vallet ab hoste
Agmina, vicinas armis minitantia turres:
[b] Intereà conducta manus bello alta RAGOZI
Irruet Vngaricas vrbes, multisq; potitus
Cæsareas Aquilas, illum contra, ire mouebit,
Fœdere amicorum fidens, manibusq; phalangum;
Sed breuiter pacem orabit, victusq; recedet,
Quamvis grande malum pariet Bellona sub isto
Astro ex contento, tectoq; male igne, futurum.
[c] CÆSAR agens lauros tantis ex hostibus, vnà
Cum Rege antiquo, Magni oppugnare Sueci
Prætendet vires collatas: fulminat Æther
Ob res, Marte nouas: tacitis pars vna ruinis
A dextris cadet; ast campo dubitatur aperto
Committi an valeat tandem res vltima; namq;
Pace intercedunt hinc multi, atq; inde potentes:
Sydereo casus disponitur ordine, necquis
Absq; cruore queat tantum sedare tumultum.
Ergo quiescentes populi noua bella mouere
Incipient; Veteresq; simul pro fine malorum
[d] Viribus adjunctis pugnà ibunt; sanguine multo
Commaculati, & morte acti, mortisq; ministri:

H Finis

a Cæsar statim magnam potentiam, idest magnum suum exercitum, cum Comite Galazio, suo generali, misit: sed nihil inde factum est, culpa Galazij, qui Suecos omnes interficere poterat. Thema natalicium Galazij, non ita, neque Cæsari, neque Regi Daniæ fauebat.

b Prædicitur Ragozus Transiluanus in Cæsarem rebellaturus; & quamvis hoc Thema Ragozi ostendebat; fuit tamen solecitatus à Suecis, & Gallis, vt Thema causarum Regnorum mutationum ostendebat; hecque scripsimus in iudicio Thematum Regum

c Prædictio vnionis Cæsaris cum Rege Dano Christiano 4. qua omnino Suecum deperdere poterant: Sed Galazius noluit, inimicum tute exire permittet, & postea tacitis ruinis, exercitum Cæsareum tertio perdet; quod ex Themate Galazij prædiximus.

d Prædicuntur victoriæ variæ quas postea Cæsar habebit..

Finis erit varius. Sed poſtquam ſoluere pœnas
E meritas viſum Superis gentemque, ſolumque,
Naſcetur quęcunq; quies conceditur aſtris
His diris, Aquilis victricibus, agmine verſo:
Sed quot adhuc reſtant ſubeunda pericula cunctis,
Troję exempla dabunt campi: conſurget in vrbes
(Heu) vicina lues magnas; nam tutus ab hoſte
Nullus erit populus; vel factis Celſus amicis.
[a] REX hiſce antiquus, lauro redimitus ouante,
Exhilarans Mundum factis inſignibus, alta
Maieſtate vigens, Superis par ſtabit amicis,
Vnde ADMIRANDVS, Magnuſq; vocabitur Heros;
Cuius in æternum, nomen, laudeſq; manebunt.
Sed quoq; Magnanimûm cernentur facta Virorum
Rebus in aduerſis, patria lachrymante. Simulq;
Externi virtute dabunt noua nomina Famę
Heroà. Et tanctà victoria plena corona,
Palmiſq; innumeris, (Rhadamantho vindice poſtquam
Pœnà expurgatos, multiſq; laboribus, ipſos
Viderit in ſontes populos, & Marte ſequaces,)
Accipiet Comitem, magnoq; exiſtet Honore;
[b] Et REGINA graui ſupremis ſaucia cura
Imperij Solijs, ſuperante æquabitur, Aſtro.
Aſt Artus, & Membra ſacri diſperſa potentis
[c] Imperij, excepto hic vno, glomerantur in vnum
Vt faciem antiquam reparent; quin tanta, malignis
Mor-

Notatur vnus Electorum.

a Rex antiquus Cæſar vocatur, quia per 360. annos retro ſua familia in Imperio regnauit: à contrarijs non nominabitur Cęſar, (Ferdinando iij. intelligo) neque pro tali habebitur: Hic autem prædicitur, futurum, vt pro legitimo Rege, & Cæſare habebitur, quando PAX Imperij celebrabitur. Ego autem intermedius ero, cum Ioanne Saluio Legato, & Plenipotentiario Sueco, vt talem Cæſarem cognoſcant; & ipſi Saluio, qui modo ex Medico ad iuriſprudentiam voluitur, hoc indicium mitto.

b Regina Sueca poſt Pacem, vt talis coronabitur.

c Prędicitur, omnes Imperij Principes ad ædes Cæſaris venturos, vt illum adorent, & Imperium reparent. Factum eſt ita an. 1653. quando omnes Cęſaris hoſpites, in Pragam ſunt conuenti.

Morsibus exagitans animos discordia summos.
Aduersum obtineat, bellis superantibus, ipsam.
Efficitur corpus ; proprius quod spiritus intùs
Mole animat propria ; sic tandem à morte resurget
Compositum totum : toto bene statque, valetque.
Denique sic Cæsar placidis regnabit habenis
Vinctus amore suis, horum Pater inde vocatus,
Imperijq; simul. Pietas sanctissima bellis
Fortior armiferis Regnorum vincula firmat.
[a] Rex alius, qui sceptra Patris de more capesset
Regali, expulsis animalibus hisce ferinis
Martis, pacifici reserabit limina Iani :
Non tamen ista diù (dolor heu) bona vestra manebunt ; *(Heu dolor) propter mortē Regi Romani.*
Tendit adhuc arcum Phębus ; sorsq; atra resurget :
Tantis (ecce) malis hominum, terręq; jacentis,
Placatum quasi Numen erat, veniaq; tributà,
Pace fruebantur miseri quacumque ; mouere
Bellona incipiet, specie virtutis, & vmbrà
(Heu) ciuile nefas, bellum execrabile Mundo.
Principium alti sonans, vili de stirpe, Minerua
Adducet, finē ADMIRANDVS, & INCLYTVS HEROS
Imponet ; quis grande bonum, quis sæcla videbit ?
AVSTRIACVS cernet populos commissa luentes
Peccata Occiduus, Soliumq; mouebitur illis.
[b] Ante Deum lachrymans, sparsis imcompta capillis,
Pectora percutiens, dein terque, quaterq; gemiscens,

a Prædicitur Rex alius, qui esset Rex, vt puta, Bohemiæ, & Hungariæ, quod de more Rex iterum, idest Romanorū creabitur, sed postea Patri in Imperio nō succedet. Factū est Augustæ Vendilicorum an. 1653. quando Filius Cæsaris, Rex Romanorum creatur : qui tandem neq; diu regnabit. Sed deinde Germano Imperio aliud bellum prædicitur Vide lib 4 Fœtus Astrologici.

b Poetica, & fortassis vera descriptio, propter quam causam Cathallonia in suum Regem rebellauit ; hoc ex natura gentis Cathallonienſium, ex natura Dominantiū Hispanorum, deinde ex Themate Regis, & Comitis Ducis de Oliuares ; ex causis Astrologicis, quæ Regna mutare valent, vti sunt coniunctio maxima Saturni, & Iouis. Apparitio Cometæ an 16[illegible] Orbis Magnus, qui incœpit an. 1640. Et eccentricitas Solis an. 1653 quæ omnia ad v[illegible] reducuntur Orbis Magni, in an. 1640. atque ex inde omnia hæc iudicia Astrologica, deducta sunt.

Voce interruptà ſic Virgo Hiſpania fatur.
Siccinè Mortales, Diuùm Pater, atq; hominum Rex,
Criminibus tantis, peccatorumq; ſolutis,
Immenſiſq; modis, furere, ac ſupereſſe nocentes
Permittis? vertiſq; oculos, nec reſpicis Vrbes
Sanguinis inſontum plenas, ſcelerumq; nefandùm?
Si tua juſtitiam rectam Clementia vincit,
Ne mox vindictam capias in criminis ortu,
Haud me (heu) deſpicias, terrę miſerère jacentis;
Sum variis habitata locis Hiſpania, quorum
Quilibet intègro coluit te pectore quondam;
Præceptiſq; tuis ſanctà fulſere coloni
Inſignes virtute mei, mea viſcera condunt,
(Gloria ſumma mihi, nomenq;) pia oſſa tuorum:
Nuncq; (heu) deſtituor Sanctis, & fœdor iniquis:
Aſpice ad hęc, Terræ DOMINE, & tua Regna reforma.
Cerne Cathallonos; quorum peccata ſuperbè,
Abſq; fide internà, ſuperant fera crimina gentis,
Terra Palęſtina euomuit quam gutture tantam:
Cerneq; Mundicolas: & tot delicta videbis,
Sulphure quod digni magè ſint Lothi vrbe nefandà.
Iuſtitia omninò nulla eſt, tam munere vita
Conducto eripitur juſti, quam ſæpe trucidant
Iudicio inſontes quovis; vexantq; columbas,
Coruoſq; abſoluunt: facile, & ſine tramite teſtis
Falſus adeſt, ſeu morte miſer, ſeu lite bonorum,
Immunis, puruſq; cadat: tam juſſa Regentis.
Quam tua, (SANCTE DEVS,) nullo diſcrimine, temnũt.
Cętera conticeam auris ne ſanctiſſima dictis
Hiſce offendatur; ſic deteriora relinquo;
Quantiq; Hiſpani miſcent ſe talibus vltrò!
His ego perſiſtam Tellus? tuq; hiſce tacebis?

Notantur peccata Cathallonum & Luſitanorum.

Me

Me miseram! hæc fatur lachrymans. Vox talia cęlum
Exaudire facit Supremi NVMINIS; isti,
O Virgo, (ac immota mane,) isti parce dolori;
Namq; horum vindicta mea est; ego tempore fixam
Aduersis tribuam: sed nunc quia spernitur ipsis
Rex, Ego quem cupiens dederam: Rex deniq; surget,
Cujus in aduentum, tot bella horrenda, necesq;
Omnibus existant, soluant vt sanguine pœnas.
Ast his quis nam ibit nobis? tunc Angelus, ecce,
Ecce adsum, me mitte, (inquit:) nam corda virorum
Iam prorsus retraho Austriacà de gente; nouumq;
Adducàm Regem; & vulgus nouitate mouebo:
Consiliisq; suis addam mendacia; sicq;
Diuisis quid erit nisi damni, odijq; tumultus,
Vt se conficiant, bellis ardentibus, omnes.
Tunc Pater Omnipotens; vade, inquit, dicta moueto,
Donec Iustitiæ Diuinę, ob crimina tanta
Sit satis, à justo & Tellus clamore quiescat;
Hæc vbi decreta Archetypo statuuntur Olympo;
Sponte Cathalloni primi data tempora captant,
Disrumpuntq; Thronum, Castellanosq; Ministros
Ædibus in sacris, flammis crepitantibus vrunt,
Austriacumq; negant Regem: furit vndiq; vulgus:
Vox libertatis noua cunctis arma ministrat;
Instructiq, illis spectant Fata vltima; Gallus
Iungitur auxilio, Dominusq; imponitur arci.
Iam parat Hispanus valido expugnare rebelles
Marte Cathallonos stipatus milite multo;
Sed frustrà bis, teruè petet, quin mœnia perdet
Altera, victori cedendo Hispanica Gallo.[a]

Vt

[a] *Prædicitur, quod Rex Hispaniarum multos exercitus, & prælia perdet, ante quam Cathalloniam recuperare possit, ad exemplum populi Israelitici, contra Beniaminicos, vt narratur lib. Iudic. cap.*

[a] Vt quondam Hebræi, juſtas dum ſumere pœnas
A Benjaminico populo, de crimine nuptæ
Incipiunt, bis cæde ruunt, bis clade fugantur;
Et tamen hìc omnis Cętus ſua juſtiùs arma
Induit, æterno vel Iudice ea ipſa probante;
Sed vindicta priùs de punitoribus orſa
Sumitur à cœlo; & vindex ſua crimina ſoluit,
Vt jam expurgatus valeat punire nocentes,
Ceu viſum Hebreis, caſu hoc; Hiſpanus eodem
Impulſus, cernet primo contraria luſtro
Tela exaltari, pereant vt tanta virorum
Millia peccantum, donec ſatietur Olympus:
Hiſq; queat tellus inſontum à ſanguine quondam
Mundari, vlterius furiat ne sydere mota:
Pax quoq; cantabit, ſed non ſecura, ſub iſto
[b] Tempore; nam fœta illius nomine damna
Poſtea naſcentur clarus Mars tutior extat.
Aſt alio incipiet melior Fortuna, ſequenti
Luſtro exaltare Hiſpanum, proprioq; Monarchæ
Marte Cathallonos victos, & amore ligare:
Sed, niſi per cædes, caſuſq; & funera, primam
Non adipiſcetur laudem: ſtat gloria L V S O;
Qui Regi aſſiſtet: cumq, oppugnauerit Vrbes
Binas, evicto campis, & mœnibus hoſte,
Solicitare animos poſtremà in parte relictos
Ex aſtris dabitur; qui tandem haud colla ferentes

Ligare dicimus, intelligendo obſiditionem; qua ligati Barſilonenſes, & victi, ſuo Regi ſe dabunt.

Exter-

a Videantur ſaltem, quæ excuſſa ſunt in Proemialibus Hamburgi an. 1643. tom. 2. Aſtrol. eg. Reſtit. lib 7. cap. vnico. cap. 2. §. 8. de Comitatu Cathallonia, vbi inter alia, quæ illic demonſtrari dicimus, etiam additur. FVNDAMENTVM noſtri Prognoſtici, (quo Hiſpanum Monarcham, iterum Cathaloniam recuperaturum eſſe cum ſuis circumſtantijs prædiximus) ex Artis regulis oſtenditur. Ergo ſaltem per 10. annos antea, hunc ſucceſſum prædiximus, & publicauimus.

b Prædictio, quod præteritis duobus luſtris, Hiſpanus recuperabit Barcillonem: luſtrum autem vnũ pro Primo numero perfecto intelligitur. Primus numerus perfectus eſt ſextus, vti lib. 1. verſ. 226. atque ita facto principio ab anno 1647. Prædictio hæc adimplebitur anno 1653. vti videre eſt in Themate Regis, in ſuis directionibus.

Externa, & fessi per tot discrimina, totq;
Funere adorabunt, demisso pectore, Regem.
Hic dabitur finis bello, quod rumpitur hoste
Venturo; ast illi Magnus proficiscitur Heros,
[a] Conjugioq; nouo sibi Regna Hispanica firmat.
[b] Lusiades astro, occultoq; hoc lumine moti
Ad Regnum extollent, Regno qui major adhęret;
Despicientq; suum antiquum: fiducia capto
Stat multa, ob fractas vires, hostesq; potentes
Regnorum Hispani, populiq; ob corda superbi:
Principio nouitas, cunctas firmata per vrbes.
Lętitia excutiet Lusos: is cernere Regem
Semine Lusiadum reputabit munera cęli.
Hic dum Rex fatur Lusæo idiomate Diuos
Iam socios dicet linguæ, quid? adesse Ministros,
Regis, & inde viris ad Magna palatia crebris
Aulam efformari Regni, nomenq; sonari
Majestate potens, suprema est gloria LVSIS.
Iam verò ex illis, Regnorum intrare theatrum
Nonnulli Orantes, pompàq; in viscere multà,
Nomine regali Reges, summosq; Monarchas
Dum poterint, veluti simul ac regnare, putabunt
Accedetq; odium Austriaci jam nominis atq;
Forte Gubernantum offensæ, Regniq; relictę
Excubiæ; ignauis tantarum ad maxima rerum
Betthigenis; multęq; alio res ordine factę,
Effecere malum Hispanis, nec prospera surgit
Sors aliis; cum Fata vocent, cum crimina poscant

Vin-

a *Hucusque de Cathallonia. Sed bellum iterum insurget, veniente, & solicitante Gallo. Ast conjugio, idest fœdere nouo, (quod fortasse cum Regno Angliæ intelligitur,) quietabitur, sed non ita cito.*

b *Occasio separationis Portugalliæ à Rege Hispano, fuit illa Barcillonię: Hęcq; ex suo fundamento prædicitur: & vtraque ad constellationem Magni Orbis, in Autumno anni 1640. refertur.*

Vindictam. Inde nouo ſtabit ſub Numine Regnum
Firmatumq; alij luſtris durare videtur;
Vt ſatis ad pœnas fiat; ſoluantq; nocentes
Antiquis meritas factis; ſyduſq; minari
Iam ceſſet; ſibi dum cadere, & ſine Marte perire
Mundicolę incipiant: jam verò vt quiſq; negata
Vel Fata acquirat, fraudeſque, doloſq; mouere
Dulce erit; hinc victi victorum nomina ſument;
Namq; ſibi tribuent, (oh vanum) aliena trophęa;
Profuit in bello ſemper mentirier: inter
Sed conſanguineas gentes, vicinaq; rura,
Infenſis armis, ſic bella horrenda vigebunt,
Vt quaſi non dentur ciues, vrbeſq; relictę
Abſq; viris jaceant, cum Mars conſumpſerit omnes
Paulatim his aſtris; & opes, omniſq; facultas
Deficient ſubito: nam damna ex arte ſopita
Tandem apparebunt, ex hauſtoſq; vndiq; perdent.
Vix erit in Tagidis jam vis; aſt extera feſſis,
Auxilio veniens, ſuſpecta potentibus, vrbem
(Forte metu ignauam) capiet; dein Belgica pubes
Brachia gaudebit meliori extendere cęlo:
Miſceturq; illis Gallus: cnnctiq; ruinas
Addent telluri, neq; enim jam ſufficit ollis.
Finis erit; ſcelera inter tot Mauortia MAGNVS
Quem motu annorum Hiſpanis adduxerit HEROS.
Ergo cum cernas aliter diſponere cætum
Pacificum, dices, quod vel ſua facta neganda
Ob male diſpoſitos animos; illisvè ſubeſſe
Antiquum virus, quo dein prędicta reſurgant
A nobis cantata mala; aſt ſi munere Diuûm,
(Mente hominum retinente) beent ſęcla aurea Mundum;
Circundentq; almà FLORES in pace LEONEM,
Cumq;

Vide §. 4. cap. 1. tract. 1. lib. 7. tom. 2. par. 1.

Predicitur in pace Romani Imperij Germanici, qua tandem facienda est Hiſpanum non eſſe acceptandum, quod ipſi poſtea erit vtile.

Cumq; lupis habitent agni: cumq; ansere vulpes;
Fundamenta dari, tanti super astra negotì
Credendum: nostri prognostica & irrita FOETVS,
Tunc equidem fient. Turbato ast orbe potenter
[a] Gallus vbiq; tumet; florentia signa per omnes
Proferet Imperij partes, quod magna duobus
Austria fundauit, superà cum laude, Monarchis;
Sorte tamen fruitur, multos quia semper amicos
Cujuscumq; animi voluit numerare potentes;
Atq; ita erit felix: Regnum elongabitur illis;
Sic cernes terrà, ad septem cui versa Triones
Pars jacet; Oceanum sceptrum his extendere magnum;
Fructus amicitię: sed fertilitate laborat.
Corrumpi incipiunt tetrà ferrugine, quando
Luxuriant messes; proprię herbę copia damnat:
Multiplices flores ramis si fortiter hærent,
Impediunt fructus; labantur ab arbore flores
Est opus, vt fructus crescant: seruare repertum,
Regnorum est fructus flores, noua quærere; prestat
Ille istis. Vel adest tempus, quo Gallica tandem
Gens luet aduersas, meruit quas crimine, pœnas:
Præcipue, cum nulla queat sors fixa manere
Prospera; sed Galli donec per iniqua feruntur
Fata sub Imperium; ast his jam discrimine plenum est.
[b] Franget amicitiam populus vicinus, ob iram
Seditione datam, quam magna potentia mouit,
Accipitris ne forte modo jam deuoret omnes
Quas ostendat aues circum; sic inde timetur.

Vide tom. 2 par. 1. tract. vnic. cap. 3 §. 7.

Vide tom. 2. par. 1. cap. 7. tract. vnic. cap. 34. §. 13. & cap. 3. §. 7.

I Ast

a Vicinus populus, id est subditus, & incola Galliæ, potius Principi inseruiet, ob nomen libertatis.

Aſt quoq; rumpendi metuendus fœderis ortus
PRINCIPIS euenient fortunæ à culmine, quando
Non poterit fixis oculis hunc cernere Solem
Vulgus, adorandum: & quamuis Hiſpanus in altum
Tollat amicitià, (hoc certis vix creditur aſtris,)
Proficuà populum; & ſocium cognoſcat honoris
[a] Affinem Heroem, bello non parcitur iſtis.
Intus alit vires tacitas, (quę pace ſupremum
Præteritâ incruère modum,) zeli ignis iniqui
Adducens bellum, quo non crudelius vnquam
Gens inimica geret, ſuperum ſeu viderit æuum.
Horreſco narrare mala, ingenteſq; ruinas,
Queis populi ij cuncti, & totis Europa colonis
Culta ſuis, penitus vacuam redigentur in vmbram.
Tu PATER OMNIPOTENS, tibi nam Clementia nomen
Longanimi dedit, heu gaudens miſerère ruentum
Hiſce impone malis jam finem: quo nam vſq; cruore
Bella execranda humano ſatiata, vigebunt?
Sit ſatis in tantis hucuſq; feriſq; cadentum
Armis Regnorum; atq; illis placabilis eſto.
[b] Iam ruit Anglòrum Marte interfecta juuentus,
Nobilitaſq; ſimul, bellis ciuilibus acta;
Pro libertatis, Regni pro nomine, telis
Certatum eſt tantis; atq; illis manſit vtrumque,
Dum varij perière viri; & magis ardua fixis
Res alia, hoc proprio deducta ex fonte, ruinis,
Forſan adhuc latitat, caſus paritura nefandos.
Quid de Germanis referam? non cernimus vrbes,
Sed campos, vbi quęq; fuit, quid deniq; dicam

Ann. 1648. Decolatio Regis Anglię in publico Theatro.

De

a Bella horrenda, veluti ciuilia, inter Gallos, prædicuntur.
b Prædictio circa Anglos, in ſuis bellis ciuilibus, qui tãdem, euicto Rege ſibi & libertatem, & Regnum acquirent. Sed ex iſto fonte, decolatio ſui Regis in publico Theatro naſcetur, verſ. 427. 428. & 429. expoſitus: cæterũ hæc omnia clarius in expoſitione Thematis Regis prędiximus.

De toto hoc triſti miſerorum carcere Mundo?
Atq; iterum ſurgent illi noua bella, nouoſq;
Militis inſultus cernet? quę meta malorum?
An, ceu diluuio deſtructus Mundus aquarum eſt,
Si cupis, Omnipotens, ponis ſi hæc vltima rerum
Tempora, vt in bello jam conſumatur iniquo?
Aliger hęc fatur. Stellarum at lumina currens,
Reſpicit interiùs luces; majoraq; cernens,
Pondera cauſarum, reſerat ſic voce futurum.
 Lux noua naſcetur LVSIS, motiq; coronam
Virtute antiquam propriâ firmare, (quod olim
Carmine ſub patrio cecinisti,) & pectore tentant:
ADMIRANDVS erit ſummis virtutibus HEROS,
Qui rem reſtituat, qui ſeditione remotâ,
Alta Monarchię ſibi fundamenta ruentis
Herois reparet factis; quibus vndiq; tandem
Vnita Imperio, conjunctis viribus, vno,
Depoſitis gladiis Hiſpania tota quieſcet.
Omnis Vlyſſipo Imperij formabitur aula;
Et ſedes ſuprema Throni. Noua gloria LVSIS,
Hiſpaniſq; aderit, grato ſub amore ligatis:
Sicq; Monarchiam Tagidum, ſceptrumq; tenebit,
Hiſce ADMIRANDVS factis, atq; Inclitus HEROS.
 Lux noua naſcetur Mundo; VIR, MAXIMVS HEROS
ADMIRANDVS, habens felicia ſydera, Regno
Ex grato aſtrorum: Virtutum Regna potentum
Ex ſe, perfectoſq; habitus, actuſq; benignos,
Et ſimul Heroos, ſpectatum & tempus ab Orbe:
Qui virtute ſua ſemet, qui Marte ſuperbos
Deuincet, qui ſanctâ omnes pietate juuabit,
Qui reget Imperio placido, qui bella fugando
Iuſtitiam adducet; paciſq; colenda per orbem

Anacephal. 1. ſect. 3. Oſtoſtich. 87. 88. 89. & dixerat. 83.

Anacephal. 1. ſect. 3. per tot. Vide in prefatione, nouę lucis (lux noua)

Numina; qui ſeruet ſine aquis & mœnibus vrbem;
Quiq; Monarchiam LVSIS extollet habendam;
Nempe vt virtutum faciat ſua Regna coronis,
Faſciculo Iuſti. Ratio hæc eſt vera, Monarchę,
Et ſuprema ſtatus; huc ſceptrum inflectite: veſtro
ASTRIFERI FOETVS offert quod Carmen honori.

Vide c.9. l.7. par.1.t.2. vbi Anacephal.1. exponitur, & ſect.3. lib.8. eiuſd. tomi. vbi Fœtus Aſtrolog. declaratur.

FINIS LIBRI III.

An. 1624. Libonæ excuſſus liber in annotatione Aſtrologica Anacephaleoſis Monarchia Luſitanæ fol. 44. verſ. ſuper Octoſticon. 65. hæc ſunt verba, Luſitano idiomate.

A outra cauſa que daõ os Aſtrologos das mudancas dos Imperios, por meyo de influencias, que à ellas inclinaõ, he a mudanca, da eccentricidade do Sol; que ſe declara de doctrina de Copernico lib. 3. Reuol. cap.20. per hum mouimento de hum pequeno circulo, que leue em ſua circumferencia, o centro do eccentrico; acabando huma reuolucaõ em. 3434 annos. O diameter o deſte circulo ſe conſtituie de partes 34. m.14. das quais o ſemediametro do eccentrico tem. 60. E porque à menor eccentricidade (qual ſe proſupoem que ha de ſer no anno de 1653. em Mayo.) he de 1. 55. 53. ſeria à maior, (àquella que ſoi 63 annos ante de Chriſto, quaſi no principio da Monarchia dos Romanos,) de gr. 2. m.30. ſec. 7.

Deinde in annot Octoſticon. 66. fol. 46 verſ ita dicitur.

Para o que ſe ha de notar, que ſuppoſto, que o anno de 1653. he donde ſe ha de acabar o principio do ſeguno quadrãte, e comeſar o terciero, por ſer entonſes à menor eccentricdade, contudo muito antes deſte tempo, ſe haõ demoſtrar ſeus effeitos, porque o cẽtro do eccẽtrico quãdo dece, anticipa alguns minutos nos effeitos quanto mais que dez, nem treze anos naõ he cauſa de conſideraſaõ à reſpeito do mouimento taõ vagaroſo deſte circulo. Aiuntaſſe, que eſtamos nos effeitos da coniunſaon Maxima, e do Orbe Magno, pello que podemos eſperar tambem, que agora ſe effetuem os deſta eccentricidade. Quæ ita latine ſonant.

Altera cauſa, quam Aſtrologi ponunt pro mutatione Imperiorum, mediantibus influentijs, ad id inclinantibus; mutatio Solis eccentricitatis exiſtit; quę ex doctrina Copernici lib. 3. reuolut. cap.20. declaratur ex motu paruuli circuli, ſecum in ſua circumferentia, centrum eccentrici, ferentis, perficiendo vnã reuolutionẽ in ann.3434. Huius circuli diameter conſtituitur gr 34. m 14. quorum ſemidiameter eccentrici habeat 60. & quia minor eccentricitas (quæ ſupponitur futura in menſe Maij anni 1653 fuit gr. 1. 55. 53. ideo eſſet maior (ea nempe 63. ante Chriſtum, quaſi in principio Monarchię Romanorum,) gr. 2. m. 30. ſec. 7. Illud autem fol. 46. verſ. ita ſonat.

Propter quod animaduerti debet, ſuppoſito quod in anno 1653. periodus ſecundi quadrantis feniri debet, & incipere tertij, quia tunc minor erit eccentricitas, nihilominus multum ante huius temporis, huiuſmodi effectus moſtràri poſſe; quia centrum eccentrici, quando deſcendit aliqua minuta in effectibus anticipat: quando magis quod decem, vel tredecim anni non ſunt res alicuius conſiderationis reſpectu motus tardiſſimi huius circuli. Additur nos exiſtere intra effectus Maximæ coniunctionis, & Orbis Magni quapropter ſperare poſſumus, quod etiam nunc effectus huius eccentricitatis deducantur.

FOE-

FOETVS ASTROLOGICI.

LIBER QVARTVS.

Ostquam admirandũ astrorũ, terno ordine fœtus
Carminibus dedimus: Regnorũ machina quocum
Pœne videbatur, summo de culmine, tristi
Omine collabi; atq; Aquilas; vicinaq; sceptra *Lib. 2. vers. 120. 254.*
Confusa immixtim, diuersa in Fata vocari:
Gloria nulla suis, nec dum victoribus ipsis: *Lib. 2. à vers. 380.*
Victorem Gallum, infixà sed morte peremptum; *Lib. 2. vers. 155. & vers 227. 293. 335.*
Victumq; Hispanum, sed longa ob tegmina vitæ,
Sorte iterum se posse frui meliore. Suecum *Lib. 2. à vers. 256. vsq; 281.*
Imperio dominari omni; sed Marte relictum
Ne queat vlterius suprema extendere Fata.
  Astriferosq; alijs partus; Anglisq; nefandum *Lib. 3. vers. 428. 429. & 430.*
Diximus expositum, gladio obtruncante, theatrum.
  Auulsumq; ortu, occasuq; (mouentibus astris) *Lib. 2. vers. 339. & 433. & deinceps. Et lib. 3. à 15 vers. 226. & 318. duo lustra pro 12. annis completis.*
Diximus Hispano, sceptrum, numerisq; duobus
Perfectis primis, per quos duo lustra sonarunt,
Illud ad antiquum, furibundo Marte, Tyrannum
Versum iterum: (mirum heu) & quod sit Danus in ipso
Oppressus senio, vicino à milite, quando *Lib. 3. vers 236. vsq; ad 251.*
Pacis fictitię Imperij intercessor agebat;
Quod minus à cunctis, proprià pietate, Tyrannis
Iure putabatur: Saturnus Themate Regis
In quarto, hoc dederat, vitæ sub fine, potentis.
Deinde Ragozus agit, mercatus munere, cæcus *Lib 3. vers 155.*
Contrà Cæsareos; breuiter sed sumpta reponit
Arma procul; nec non etiam cantauimus vltrò
Ex Fœtu astrorum, quod sit Germania, totis *Lib. 3. vers 190 & deinceps.*
Principibus, proprias inuicti ad Cæsaris ædes

Con-

Conuerſa, Imperij causà, quod Marte labaſci
Præterito viſum: ſed jam renouare coacta eſt
Illud ad Auſtriacam, quæ ſola eſt inclyta, ſedem:
Diximus & Gallum, exciſas Regni arbore flores,
Diuerſaſq; acies, arma & bella horrida, bellis
Sanguine inundantes gentes ciuilibus actas:
Nam cadere inſignes Palmis victiſq; benigna
(Rem tantam pręſcire datur?) conſpeximus aſtra:
Vnde iterum Hiſpanus, me Vate, noua induit arma;
A Galliſq; Italas arces; & Flandrica rura,
Inſigneſq; vrbes, paruo ſibi milite cępit.
Diximus & Batauos Anglis, ſub Marte, futuros
Horrendo immixtis quocum Reſpublica lapſum
Vtraq; predixit: ſed quę fęlicius arma
Sumpſerit, aſtrorum nondum ſcriptura reluxit.
Sed poſtquam ſic tanta dedit Fata ardua Fœtus
Aſtrorum; inuidià motus, quod tanta futuris.
Diximus à cunctis habiti, ſub honoribus altis,
Ac ipſis demore pares Magnatibus: ipſe
Saturnus, qui magna dedit ſub Themate noſtro
In cœli medio, ex illis nos trudere tentat:
Et, vel triſtitiam ęternam, diraſq; minatur
(Ingratis noſtris) clades; ved deniq; noſtra
Extinguenda cupit scripta; & deperdere totos,
Quos tantis ſtudijs, tantiſq; laboribus, almos
Emerui, extincta ſuperę ſpe laudis, honores:
Obſtupui, cum cerno trucis mandata Planetæ;
Cedereq; aduerſę ſorti, ingratiſq; meorum
Prædictis operum cogor: jam tradere tota
Ignibus ecce paror, metuens dura acta minantis.
Aſt ſubito è cęlo veniens nouus Aliger, ille
E docuit, qui tanta, mihi ſic ore profatur.

ib. 3. verſ. 11.
ib. 3. verſ. 39. & dein-ps.
Hoc an. 1653. ac omnia sūt mpleta.

Siſte

Siste feras in scripta manus : abolendanè quęris ,
Quæ vitę humanę sic sunt fęcunda ? nec vltrà
Musa futura canet tua ? sic ergo ibit in ignes ,
Magnaque cęlestis morietur Musa ROSALIS ?
Haud facias , mandata vetant en summa Tonantis :
Nec fera Saturni timeas tibi sydera ; namq;
Inuidus haud poterit , rabido cum dente , nocere :
Ingratis seruire nefas , si justa negantur
Pręmia , surge tibi : nam quidnam deinde timendum ?
Nec spes decipiat , Regisque fiducia ; vanam
(Credo) conficient , miserandi hac parte Ministri .
Si Tellus te dura premit sub frigore , & alto
Conficit vsq; gelu crasim , mortemq; minatur :
Posce Iouem nostrum , dabiturq; licentia eundi .
Ibis in Italiam , terrasq; intrare licebit
Quas Veneta Imperio se jam comulante potentes ,
Quin metuat lapsum , Respublica sacra gubernat :
Inueniesq; Viros fixis sub honoribus altos ;
Qui jam te hospitio accipiant meliore ; tuisq;
Sat doctis scriptis , superà virtute , fauebunt .
Hìc nec tuta quies ; aliud tibi quęrere cęlum .
Cogèris , Latij tamen : ad , sacro omine , MAGNI
PRINCIPIS accedes faciem , vultumq; videbis
Illiùs , quem mente olim , sine nomine , sacrà ,
Magnum , Admirandum , Heroemque , Virumq; vocasti :
Hunc igitur , seu Magnanimum venerabere Numen ,
Namq; tibi auxilium præ Maiestatibus vnus
Omnibus ipse aderit : quo tandem Fata quiescent
Iam tua , sydereo renouabit & otia Mundo .
Hìc Regnum astrorum exibit ; lucemq; videre
Huic operi eximio dabitur ; gaudentq; futuri
Inuentis , quę sacra docent sua limina cęlo .

Astro-

Aſtrorumq; vias facilè, & ſine tramite certas.
Sic fatur; cordiſq; noui turgère videmur
Viribus aſtrorum, jam non de culmine rerum
Delabi timor eſt; & ſi per cuncta Monarchæ
Cogimur (inuito aſt animo) valedicere noſtro.
Tunc etenim ſubito memet ſuper æthera ferri,
(Mirandum,) atq; Italà me ſede qui eſcere tutum
Sentio, & imponor velocis ad Atth eſis vndas.
Aſt ſubito Venetis, ignota ob facta, relictis
Tranſeo in Etrùſcum, & pulchram cui nomina Flores
Impoſuère vrbem, quam montes vndiq; celſi
Circundant, penetro; & campos, quos alluit Arnus.
Exq; polo elato, patriam cognoſcere gratam
PRINCIPIS illius, cuius deſcendimus ergò.
Et res Italiæ aſtrifero prædicere cantu,
(Quod tacui hucuſq;) atq; datur meliora videre.
Aliger hìc iterum notis mihi ſubſtitit alis.
Veniſti tandem, tuaq; expectata laborum
Vicit iter pietas durum, cęliq; receſſus;
Nuntius alloquitur: tandemq; hic magna docebis
Scripta tua, & facies auido communia mundo.
Ego pone metum, tutàq; locabere ſede.
Hic tibi monſtrabo, ex aditis penetralibus intus
Cęlorum, quæ ſæpe ſoles inuiſcere; quęq;
Quondam exhaurire; & totum euulgare per Orbem
Cæpiſti; ſed magna tibi cantanda ſuperſtunt.
Namque corruſcantes facies, valuæq; patentes
Sunt tibi cœlorum: lege, & aſpice, ſicq; futura
Tuſolus poteris reſerare, & dicere Mundo.
[a] Ecce eccentricitas ſolis minor agmine facto

Cau-

[a] *Maior Solis eccentricitas gr. 23. 52. fuit tempore Iulij Cæſaris. Minor gr. 23. 28. ex Copernico hoc an. 1653. in Maio: & quamuis calculus non correſpondeat; ſiquidem eccentricitas hodier-*

Causarum astrorum, quæ magna mouere putantur
Regna, (olim cępit Primo cum Cęsare maior,
Ast minor, hoc tandem vobis excernitur anno).
Astriferos pariet comitatis vndique Fœtus.
Natus ab Austriaca Iuuenis nouus arbore Cæsar
Eligitur, cunctis alea applaudentibus omni.
Romani Imperij, Dominis, Rex inclytus: ipsum
Corde petunt hostes & cuncti admirantur amici;
Qui Patre fœtor erit, metuens qui prælia multa
Inuertet pacem, totoq; relinquiitur Orbi
Saturni nobis venienti è sydere Capri.
Virga Octomana excutitur: motusq, vicissim
Cogitur, aduersos, tantis sentire coronis:
Sed non deficient; nam de hinc Sors prospera surget:
Pręcipuè cum Magnus adest suus Inclytus Heros;
Qui jam a tutelà liber, facta ardua Mundo
Efficiet; tristemq; metum geminabit vbiq;
[a] Se tamen opponunt ęquales ætatibus ipsi;
Et quoq; magnanimis factis: electus in album
Descendit Cæsar; sequitur persona moderni
Galli, permultis comitata valentibus actis:
Regibus Etruscus graditur par; namq; corona
Tunc noua perstringet frontem Princepsq; Mutinus,
[b] Se quoq; coniunget Comitem, Venetusq; Senatus:
Virgo quoq; Hispanùm Regnorum ornata potentum,
Cumq; suis, fortis, minitantia robora Turçam
Cristocolis junget: sed bellum deinde futurum

K Astra

hodierna, ex Tyckone, est gr.23. 31. 31. nihilominus iudicia Astrologica nō sunt contemnenda, cum ex hac mutatione (datur enim vt patet) & ex Orbe Magno in Autumno an.1640. & ex alijs causis à nobis relatis, deducantur.

a Thema natalitium Moderni Iuuenis Magni Turcæ est felix: sed felicius illud Magni Principis Etruriæ.

b Thema natalitium Principis Mutini, est quoq: felix. Senatus Venetus, consideratur Astrologice, vt diximus tom. 1. lib.7. cap. 1.

[a] Aſtra negant: Turcamq; omnes in pace relinquent:
Armataſq; manus cuncti in ſua viſcera, cæca
Conuertent ſorte; hæcq; ipſis diuerſa videbit,
Pro, vt natalicio quis quis ſub Themate tandem
A cœlo accepit propriè. Nunc reſpice ad ortum.
Lux oritur pręgnata malis: Nabathæa triumphum
[b] Sceptra reportabunt, ſed tanto ſanguine plenum
Humano, quod ſępe cadat victoria victis.
Bella recrudeſcent; iterumq; ad Apollinis ortum,
Vnà ſub Librà, furibundo Marte vagari
Incipient: altoq; cadet de culmine sceptrum
Antiquum; & tandem Chinarum Fata ſubire
Vltima, cogetur tellus: Phlegetonteq; moto,
Vicinum inuadet populum ſub gurgite, clades:
Caucaſus ecce gemit: Gangetica rura ruinas.
Extremas tangunt; magnas quas ſentiet Indus.
[c] Occiduus populus terris qui multa ſub illis
Mœnia firmauit, non eſt diſcrimine tutus;
Quin imò Tagides perdent meliora profani
Imperij; quod partum olim fuit omine in illo
Rex quando iniuſtà, populum ſine iure coegit
Sæuitià, antiquam, haud animo, ſi corpore, legem
Anno 1497. Deſerere; aſt nunc jam Regnum deperditur illud,
Natiq; illorum accipient ſua munera, quos quos
Expulit innocuos rigor, actu atq; arte nefandus;
Sic cecidit Babilon: Batavi ſub Marte Britanos
Æquoreo euincent; cogentq; relinquere Eòa
Littora, per varios, illis in partibus, annos,
[d] Conſumptos bellis, Batauis ſed ſcęptra ſuperſunt:

Et ſi

a Virgo Hiſpanica nupta cum eo, qui futurus erit Rex, Thema vtrinſque expenditur.
b Prognoſtica circa Regna Orientalia.
c Prognoſtica circa Luſitanos, Batauos, & Anglos in Oriente.
d In Oriente Batavi ſunt feliciores Anglis.

[a] Et si Reipublicę alterius noua magna Corona
Pręcinget frontem altà, Religione superbam,
Seq; in amicitià haud sine sancta pace ligabunt.
Ast iterum astra vocant Turcarum mœnia: namq;
Antiquum quæ nomen habent mentita superbi
[b] Peccati; nunc Marte ruunt; nunc igne labascunt,
Hàc synodo astrorum superùm: miseramq; potentum
Cladem plorabunt, inimicorum arte subactam:
Corripietq; malum, quę inter duo flumina, terras,
Magna iacent; serpentq; iterum minitantia flammas
Astra, ad vicinas, quas lambit Bosphorus, oras.
Sydere sub Capri MAGNVS, qui voluitur, ORBIS,
Coniunctis alijs, tacitum exagitare Rebellem
[c] Astrorum incipiet Fœtu; prorsusq; trucidat,
Partibus hisce, modum, & gentem, quæ tessera ponit
Imperij; quod sede nouà mutarier aptum est.
Tu quoq; sexta cades, (& si tibi copia rerum
Sit multa,) Ægiptos: nec te monumenta leuabunt,
[d] Quæ quondam extruxit, sub pleno Ishatica proles
Vbere terrarum: neq; enim tibi plenus opimà
Nilus inundabit Nimphà: nec mitis Olympus
Aspiciet populum, at animalia cętera, vultu:
Quin peste, horrendaq; fame, & ter maxima bellis
Vexari persępe feris tua viscera cernes:
[e] Attamen ex istis Etrusco gloria rebus
Magna renascetur, ceitiq; occasio Regni,
Tempore, bella gerens tacitè, si nouerit vti;
Rex namq; Ægypti, Dominusq; vocabitur altæ:
Vigintq; intrà fiet, quæ dicimus annos, Vsq; ad an. 1637.

 Si

a
b *Prognostica de Begada.*
c *Rebellio in Oriente contra Turcam.*
d *Prognostica circa Aegyptum.*
e *Prognostica pro Magno Duce Etrur. circa Aegyptum.*

Si rectè aſtrorum ex ijs, menſurauimus arcus.
[a] Aduerſis, miſerèq; nouis fert Africa monſtris
Diuiſum Imperium, vnà Religione ligatum.
Sed cuncta inuolvet, ſceptroque rependit vtrique,
Ceu Tyrus, aut quondam dederat Carthaginis Auctrix,
Romanuſq; ſuos, terra dominante, Penates.
His tamen euulſis, veniunt noua ſceptra, nouique
Et Reges, & ſorte alij meliore Tyranni;
Sic etenim his dederat numerata potentia cęli:
Aſt eadem impleto cęlorum ex ordine, tandem
Curriculo, cecidit ſtrage alta, Barbara campos
Phęnicum ſignis victricibus, occupat omnes
Gens; regnatq; diù, & ſi per diuerſa ſequuta
Imperia, & mutata procul; ſed deniq; in iſto
Aſtrorum FOETV, ſuperà de ſede, labaſcet
Imperij, cęliq; ſimul. Qui nouerit vti
Imperet; & verum reueretur NVMEN Olympi.
[b] Terras Neptunus, (tumido regnare Tridenti
Qui ſcit,) circundans; illam, quæ ob facta, ſuperba
Fit magis, & tuta ob fortiſſima mœnia aquarum
Abſorbère ſibi, proprijſq; videbitur vndis;
Sic cecidère aliæ: ſic tu quoq; fortis in altum
Inſula, præcipitas corpus, proprioſq; Tyrannos
Naturæ, & Mundi: pendes ſic deniq; pęnas.
[c] Sed iam Europæos, (facies, qua circulus almi
Paruulus inſpiciat Solis, tibi, forte, canenda eſt,)
Cernito ad Occaſum: nondum completa Coronę
Eſt prefixa dies Luſis, quam carmine dixti,
Per ſuperum ſenſum: ſed quæ inferiora relucent,

Ob

a Prognoſtica circa Africam.
b Prognoſtica circa Inſulas Mediterranei, timeat Malta.
c Prognoſtica circa Europæos.

[a] Ob similem, multis variam accelerare ruinam
Astra parant. Ast æqua vides; nam in origine Magni
Orbis, Lusiadum quando Regalia sceptri
Arripuit Dux magna sibi, propriam ecce coronam
Vidimus, æquali sed multo sanguine firmam;
Hoc natura VIRI, crudeliaq; astra dederunt:
Haudq; pares illi, dum extinguunt nomina Regum, *Illi 1. Angl*
Sanguine maiori sedem obtinuère potentem.
Hoc natura hominùm, (Violentis astra) coegit.
Facta adiunguntur sub vtroq; horrenda Theatro;
Ast illi diuersa procul; namq; agmine multo
Irruere Hispanum timet; & se præparat, omni
Euentu; sed mente ruunt; cunctiq; suorum
Decepti, occultè cornu per inania quærunt:
Vnus adest vobis, vnum ad tot damna, colendum
Quæritis, ò miseri! quis præcipitare salutis
Communis causa, se se, seu Curtius, ardet?
[b] Multi hoc promittunt. Heu vos abscondite, Reges,
Namq; hostes, ò grande nefas, cum ritè profani
Haud cernant Reges veluti subsistere Diuùm
Numen adorandum lateri sub nomine vestro
Tristis amicitiæ, (hic faciet, quod tentat?) adhærent.
Vel Dominum sine iure suum deperdere quęrunt,
Pro paruo status, atq; sui, qui fertur honoris
Munere, sic commune bonum contemnitur vltrò.
[c] Sic plures fecère Duces; sic perdere Martem,
Et cadere Imperium potiùs voluère scienter,
Vincere quam bello, pacemq; adducere mundo.
Cum semel euictis deesset sibi copia Regni.
Væ triste auspicium, & dominandi insana cupido!

Haud

a Lusitania æquiparatur Anglię in extinctione antiquorum Regum.
b Periculum est, ne Reges; ob traditionem, tandem capiantur vel interficiantur.
c Notantur generales Militia Austriacorum, qui hostes noluerunt vincere, vt semper eis opus esset.

Haud Mars ceſſabit, donec poſt multa periclis
Grandibus, & cladum, & mortis, ſummęq; ruinæ
[a] Fata triumphantem raddant tandem vltima prolem,
Deficiente ſuis ipsà. Componere quærent,
Qui ſibi proſpiciunt, sed non commune ſalutis
Corde bonum, pacem: paucis ſic ficta vigebit.
[b] Haud ſe componet Gallus, Libitina Phalanges
Vno vincit ouans, sed ſors fœcunda Tyrannum
Semper eo extollit, fietq; potentior, illo:
[c] Vincitur & Princeps, proprio quod Themate cerni eſt,
Inde malum increſcet Regno: Rexq; ipſe, secundis
Rebus, vt infelix tacitè reputabitur intus:
Sic ſtellæ oſtendunt: facto sed funere tandem
[d] Externi, ſemet gentes ſub pace quieſcent.
Hiſpanis metuenda Soror, poſt Fata, relinquet,
[e] Vt ſe componant tanquam ſub sanguine mixti
Naturę, & belli, (quod erit mirabile,) Galli.
Et quoq; Luſiadum damni morietur origo:
[f] En ſubito fatale malum, cum Martia bella
Culmine maiori cępta inter vtroſq; vagari:
Parcitur haud iſtis, victos victoribus vna
Sors miſcet, tollitq; iſtos; nunc deprimit illos.
Iuſta flagella Dei ſunt bella; ruina potentis
[g] Huius, & illiùs Regni; fuſæq; Phalanges,
Victoreſq; alij: & contrà victricia ſigna
Nunc his, nunc illis, teſtantur sancta Tonantis
Iudicia Æterni; factum vnicuiq; rependunt:

Sce-

a Bella ex aſtris non ceſſabunt inter Chriſt. niſi deſſiciant hæredes duorum Magnorum Regnorũ.
q Difficultas compoſitionis naſcitur ex Miniſtris.
c Princeps Condæus ſuperabitur à Rege, ſed neq; ideo erit felicior.
d Ex morte Peregrini compoſitio.
e Poſt etiam mortem Reginę Galliæ erit Pax cum Hiſpanis.
f Mors etiam apud Luſitanos, principium erit compoſitionis cum Caſtellanis.
g Bella inter Portugallenſes, & Caſtellanos, quamuis ab aſtris ſint prædicta, ſunt tamen iudicia Dei.

Sceptra Monarchię, patrię quam carmine, duris
Lusiadis quondam, cecinisti, ipsa vltima cernes,
Tantarumq; vices rerum; incipientq; sub istis
Fundamenta dari; neq; enim prędicere vanum
[a] Extitit Archetypo in cœlo cum sæpe legatur: *Anacephal. 1 Monarch, Lusitanę.*
Cętera dixisti. Res magna videbitur inter
Hispanos, Gallosq; simul, (qui pondera Mundi
Imperij efficiunt,) ab vtroq; recedere visos:
[b] Cernet Iberus iners: Gallus sine viribus ipse
Se quoq; conspiciet: Sed iam fit terminus illi
Hic, & deficiunt, repetitâ sorte, Ministri.
[c] Rex quoq; in Europâ, haud tutum dicere, qualis,
Ducetur miserè: & tanguut hæc Fata Potentes!
Et cadet Augustus, Dominusq; vocabitur anceps
Imperij? cum forte sibi contraria surgant
Concilia, antiquum miserè remouentia sceptrum.
Sed quoq; deficient capita admiranda: cadentq;
Regnorum Hæredes aliqui. Commune resurget
Nobilibus Regnum, populouè? & monstra creari
Tanta videbuntur, Magni prædictio Fœtus
Astrorum, hoc nostro quę visa est inclyta, sęclo?
[d] Communes Res sceptra tenent: antiqua beatos
Efficiet sola ipsa Duces, Dominosq; Senatus
Non ita fœlices ducent sua Fata modernę.
[e] Appetit ecce vorax aliena cacumina, frontis
Si vicina suæ, ast frustà, Respublica: multi
[f] Coniugium sponsæ tam diuitis, arte tyranni,
Quęrunt dotatę obcęcat spes vtilis omnes:

Pollu-

a Prædicitur res Magna inter Hispanum, & Galllum.
b Miseria vtriusq; Coronę prædicitur.
c Mira prædicuntur
d Respublica, non omnes felices.
e Angli cupit deuorare Batauos.
f Omnes Reges amicitiam Anglia appeteret.

Pollulat inde malum, quo non crudelius Orbi
[a] Exiſtet: quatiurq; illo iam numen aquarum,
Vndiq; concuſſum: tutò haud datur æquore naues
Tendere; cum cunctę non his reputentur amicę
Omnibus: inde truces tendant sed vbiq; Piratę:
Et cadet inſignis Batauus? qui ſancta relicto
Hoſpitia exhibuit populo, quem litera ſolum
Suſtentat ſacra, à ſęuàq; tyrannide firmat:
Non tamen hoc credas: illis vis intima creſcet,
Semper in immenſo, quo viuunt, ęquore, & hoſtes
Opprimere aduerſos poterunt; sed temporis aſtra
Hujus, non illis permittunt vincere, fixà
Sorte, sed aduerſis ſucceſſibus, optima miſcent;
Alternaſq; vices addunt: nam ſępe triumphos
Hi ducent: nunc verò, illi meliora capeſſent
Sors melior res Magna Anglis vniùs ob almam
Componi valeat; quod sydera noſtra bearunt.
Interea Regina graui jam ſaucia curà,
Intus alit tacitum minitantibus jgnibus, Orbem:
Orbem Regnorum inuertet: quęretq; viciſſim
Alterum, ad Exortum, tardè qui naſcitur IPSI;
Exuvijs proprij, (mira eſt Victoria,) Regni,
Exemplo Regum raro, ad tot ſceptra, ſupęrbit.
Aſt maiora petet; quibus ad ſuprema volare,
Vſq; voluntatis, tangit qua sydera, poſſit
Fata ſuæ: terretq; vnos, ſi decipit omnes;
Heu tibi, ſi forſan metuenda pericula reſtant,
(ADMIRANDA Orbi VIRGO,) non trictibus aſtris,
Succumbet generoſa, tuo ſub pectore, Virtus:
Quin in Olympiacà increſces tibi mole laborum.

Atq;

a Bellum nauale inter Anglos, & Batauos.
b In eo non deſficient Bataui: Succeſſus belli erunt varij.
c Prognoſtica circa Sereniſs. Reginam Sueciæ.

Atq; iterum insignes meliori stemate, habenas
Imperij accipies, Superoq; habitaueris Horto:
Perpetuo adiunges Anglis cum, fędere, vires
IPSA nouis proprias Regniq; Troniq; Suecum:
Vnde vnis metus; ast alijs noua damna resurgent;
Ardua vbi vasto cernetur in æquore classis.
[a] En noua consurgunt, quibus his antiqua tacebunt:
Angli sub sceptro, sub Religione potentes
Diuersà, veteris, confundent omnia, mundis
Dogmatibus: iungentq; sibi meliora: Viriq;
[b] Vnius ob causam Imperio Orbis latiùs, atq;
(Monstra & erunt rerum) cęlo, terraq; potiri
Heu dabitur; sic astra ipsos disponere visa.
[c] Panditur intereà facies, quo tempore Lunæ
Visa est eclypsis duplex; atq; vnica Solis,
Tymbręo supero: quid tunc decreuerit illis
Sedibus inquiram: statuit generare Cometam
Vsq; nouum; neq; enim absq; Deę, Solisuè labore,
Nascier hęc mundo minitantia sydera possunt:
Hic igitur Geminis natus, cum in sydere Capri
Sol gressum sextum efficeret, prope lumen Ouantis
Tauri oculi est visus: retrò & se mouit ad Austrum,
Sub pede, Persæûm: & tandem peruenit ad Algor
Horrendum, (decimi gressus sub Apollinis Orbe
Sydere pręd icto,) ad magnas, stęllasq; malignas:
Sicq; gradus tredecim fecit: sceptumceq; retro
Vniùs partes numero, sub tramite recto
Solibus in quatuor. Quidnam protendere: quemq;
Edere jam FOETVM poterit? stà mente, docebo.

Cometa non fiunt, nisi precedant eclypses Luminariu͂.

L Omne

a In Anglia noui articuli pro gubernatione, fient.
b Sese predicitur fortuna vnius Angli.
c De Cometa, qui apparuit in Decembre 1652. conueniunt cum obseruationibus PP. Societ. IESV Bononia.

Omne malum , furięq; nouę pandentur ab axe ,
Quem circum ſeptem faciunt errare Triones :
Claudicat hic ſceptrum : atq; aliud mutare videbis
Qua multos percuſſit ouans ſub milite , Virgam :
Gens noua proſiliet , belliſq; inuadet apertis
Innocuos per cuncta viros , placidoſq; laceſſet .
(Ceu quondam horrendis furijs ferus Attila motus)
Abſq; metu cęli & terrę admiranda trophæa ,
A cunctis , quas Marte petit , vel voce minatur ,
Gentibus extorquet : ſed DVX nouus Inclytus ipſi
Aſſiſtet : tibiq; alti ſonas dabit ordine Laudes
Heu , miſerum ſors : fortunà ſic namq; ſub iſta
Hæ tibi erunt artes , pacis contemnere pacta ,
Parcere nec proprijs , & debellare quietos :
Vſq; furis : ſed diua Poli vindicta coruſcat ;
Sic ſtatua antiquis cecidit ſine vindice claro ;
Sic reliqua infandum perdunt Animalia cornu .
Sic ſe confundunt alij , contràq; viciſſim
Deuaſtant maria : his melior victoria reſtat ;
Sed nunquam lauro , palmaq; impunè fruentur :
Regis adeſſe putant munus ; Regniq; ſecunda
Porta patet proprio , atq; alieno , (haud jure) Tyranno .
Flandricus exultat ; conuiciniq; gemiſcunt ;
Hiq; iterum gaudent ; ſic ſors diuerſa vagatur .
Aſt iterum quę terra iacet ſub ſydere Tauri ,
Quęq; ſequens ſignum veneratur , dira Cometę
Fata ſibi timeat, bellum, execrabile nomen,
Furta , neces , ignes , vndas , miſeraſq; ruinas ;
Et mala adhuc alia à radijs deducta malignis
Quas iuit noua stella Orbi : ſed dotibus ornat
Fortunæ eximijs , illum , cui ſydere floręt .
Totq; annis durare ſuum facit ętere lumen ,

Quot greſſus fecit; dabitur quod ſcire futuris.
Euomet in campos, vrbeſq;, hömineſq; Polonum,
Ardentes cęli furias: niſi Regis adeſſet
Fortuna, & facies aſtrorum, & prorſus amicę
Cęleſtes aliæ cauſæ, quæ Regna gubernant,
Fortè Polonorum Imperium; terraſq; iacentes,
Hoc FOETV exirent vacua in deſerta ferarum.
Iuppiter aſt ipſis, multorum ob ſancta colonum
Hoſpitia, arridet; placido, vultuq; benigno,
Orbe ſuo Magno, regitur quo, tempore noſtro;
Vnde Suecorum poterit ſuperare phalanges
Mentitas, nomenq; ſuum defendere bello:
Et facere, (Heroicę Dominæ iam ſede relictà
Imperij gelidi, pactà ſub pace, Modernæ,)
Vt renouata iterùm Lituania ſeruiat ipſi:
Hoc aſtra oſtendunt. Sed Rex non ſubijcit aſtris
Magnanimum effectum, quem aliter conclaue Potentum
Diſponit: ſine Marte ipſi CHRISTINA triumphat:
Cordibus vtq; hominum, virtutibus imperat almis.
Sic illa aſtrorum fœtus, cęliq; coruſcos
Influxus ſuperare valet: non aſtra Potenti
Reginæ; aſt Regina aſtris dominarier apta eſt.
Sic poterit, quicumq; ſapit: ſapientior ipſa,
Et melior Paribus, cunctis & Regibus extat:
Sic iam vicit aquas, igneſq; elementa parère.
Reginæ haud dubitant. Magnis Orator ad ipſam
Celſus Dorriphorijs, renouata à Virgine miſſus
Imperij, efficiet, (propter noua pacta) timère
Vicinos, totumq; Orbem: haud hoc fecerat armis
Iungendis Mauors, ſed virtus candida cęli
Reginæ hoc tribuit; ſic eſt ſpectabilis ęuo
Aduerſo huic noſtro: ſiquidem ſacra ſydera Regnum

Diſponent aliter vacuum; haudq; hinc iſta coronis
Deficiet tribus; extinguetur Zuartica proles?
Sed noua naſcetur, populo applaudente futuris
Magna quidem: incipiet ſic ſors diuerſa cière
Hoc Regnum Anglorum; hunc tollit, ſi deprimit illum:
Sic Fortuna cupit, de ſede creabitur imà,
Qui magnus fiet; maiorum exempla notentur.
    Aſtriferę cauſę extollunt, hoc tempore, Magnum,
Mirandumq; Ducem; cui ſceptra potentia præbent;
De Protectore Cromwelio. Hic regere imperio populos; placidèq; triumphos
Ducere, Viciniſq; dare æternæ otia pacis.
Et Mundum exhilarans, ſub ſede videbitur altà,
Aſt non omninò (proh fraus,) requieſcere tutà.
Pericula ipſi imminent.   Aſt ſydus grauiter conjuncta per arma Potentis
Efficiet claſſem; qua vi Reſpublica regnet
Maior in ęquoreo campo noua; (colla potenti
Nomine mutato quamuis tunc prębeat vni,
Res ſed erunt nouiter viſæ Orbi,) ſicq; vetuſta
Damna pati grauiora ſibi cogetur amicis,
Occiduisq; ſuis minitatur gurgite Regnis
Argento, frauſq; exiſtet medicabilis auro?
    Sed Caſimire audi; vicina Polonia rura
Turcarum inſultus, ſocios, ſæuòſq; colonos
Tartarię ſubitos, diuersà in parte, timere
Coguntur miſerè; ſiquidem trans flumina Moſcho
Hoſti admirando, tandem iunguntur vtrinq;
Tartarię; atq; ſimul vaſtiſſima turba Coſacùm.
    Cedere coguntur, jam peſte, metuq; Polòni:
Confundentq; ſuos: duplex victoria Regis
Sufficit haud illis: ſed multà cæde coactus,
Atq; Chimelniſcus Moſchum per aperta ſequutus
Prælia, victorem, dubio dabit agmine cladem;
Moſchus

Moſchus aget Turcham; Reges ſub nomine belli
Iuſti decipiens: poſtquamq; ingentibus Vrbes
Martibus acquiret magnas; tunc forte ſuperbus
(Quod certa affirmant, & ſi reliqua aſtra negarunt,)
Componi poterit. Socius magno agmine tentat
Irruere in vaſtam, penitùſq; auellere ſedem
Chriſticolùm illorum, quorum jam Fata jocantur.
Sed Rex inſiſtat paci: & ſi etenim emerit auro
Illam, non aliter poterit defendere Regnum:
Cui ſic hoſtis atrox validà cum claſſe minatur.
Sit diuerticulum Vngaricis; quibus vltima rerum,
Hoſtibus his dicunt cęlorum, hoc tempore, cauſæ.
Attamen interiùs grauior latet altera genti;
Excutere eſt animus, Comite irritante profano,
A ceruice iugum Auſtriacum: hęc exempla Ragozus
Præteritus dederat, tunc ſolicitatus amicis,
Hoſtibus aut potiùs, communi nomine, pacis:
Hinc timeo ne forte vocet communiter hoſtem
Peccatum Regni, tantus ne deuoret illud,
Ipſi namq; fauet Geminis locus ille Cometę,
Et Tauri, ſtellis radiantia ſigna malignis.
Vna ſalus nobis, quæ nos defendat ab hoſte
Tam magno, ILLVSTRES ITALI; qui ſydera FOETVS
Sortiti aſtrorum, felicius vndiq; Soli
Actis magnanimi, & vigiles, maiora capaces
Ad Fata exiſtunt. Hucùſq; inhibere potentis,
Immenſos armis, validoſq; per ardua Martis
Pręlia conatus, VENETORVM robora fortis
Ingentiſq; hoſtis, (cui tanto haud ſufficit Orbis
Totus in oppoſitum,) potuère reſiſtere, & alto
Vincere Neptuno: maius quid deinde futurum?
Expoſita huic tanto (& Mundo) ſtat Candia bello;

Candia, quæ portas Orienti, & littora tanto
Sola Octomano claudit, ne deuoret vrbes,
Erumpens è ſede ſuà, Europęaq; cuncta
Mœnia Chriſtiadùm, Venetùm defenſa colonis..
Luditur hac ipsà, tantorum sanguine: Turcæ
Ritè putant ſe poſſe ſuis adjungere sceptris;
Aſt Veneti è contra proprijs defendere tentant:
Illis ſors quatitur, ſuperata potentia quamuis
Decipiat multa, ac occultis dimicet armis:
His melior fortuna fauet, niſi forte ſuperſtent
Qui metuant ſine mente ſibi: ſed maxima belli
His aderit tandem, & laus, & ſua gloria, noſtris:
Ergo animum accipite, & sceptrum defendite veſtrum,
Ter Veneti illuſtres, vigilate, & deprimite hoſtem,
Dum vobis, nunc aſtra fauent; dum Principis ętas
Ludere permittit, quę duro Marte rependet:
Maturate fugam damni, & vos vincite in illo;
Tranquillam & vobis pacem deb. bimus vltrò;
Sit quamuis tumidà ſub conditione renata:
Hinc pondus rerum Europæ, Latijq; ſupremi,
Atq; Thronũ, Imperijq; modũ, SERENISSIMA, (quamuis
Contra alij, aſt fruſtà, quærent,) Reſpublica ſecum
Semper habebit ouans, cunctiſq; vigebit amica.
Imperium Italiæ Hiſpanis iam vertitur, & ſi
Nil habeat Gallus Terrarum: aſt inde tumeſcunt
Corda elata ipſis: atq; arma horrenda parantur,
Arſura Hiſpanos, ſuperis minitantia flammis
In Latium; sed Fata negant fixum vndiq; sceptrum,
Quamuis turbabunt, & non ſine laude, Philippum.
Altera cauſarum, quę Regna mouere Potentum
Sæpe ſolent Dominum; Lunæ, Soliſq; labores
Exiſtunt; cum directà opponuntur, vtrimque;

Quod Principibus tribuitur nomen Serenissimi, non eſt Latinum, ſed Hebraicũ, Serenin ſarne Piliſtin, atq; ideo, eo, in carmine, ita vti voluimus.

Vel

Eclypsis Solis digitorũ 8.36. 9. existentibus Luminaribus an. 1654. die 11. Augusti h. 21. 54. 29. post mer. sub Meridiano gr. 35. 20. in gr. 19. 37. Leon.

Vel quoq; junguntur radio, quo tendit Apollo.
Iam verò ad faciem Signi, quo rite, secundam
Sol gaudet; mediatq; quasi ascendendo Diei
Lumina, sub nostris, tuncq; accedente Sorore
Hospite, defficiet: miserè, quibus illud anhelat
Sydus, & in terras, visum est regnare jacentes:
Ast iterum noua stella venit, cernésq; Cometam,
Infandum, ex isto generatum sydere, Mundo:
Adducetq; famem, pestemq; atq; horrida bella
Cernentur Capitum mortes, prorsusq; videbis
Alta relegari; Regnum, & Respublica, lapsum
Impinget, proh, Marte, grauem; nemoq; veneni
Huius, dum teneat sic astra, videbitur expers,
Nascitur ecce malum, ob vitam, (cuinam illa nocebit!)
Quo cum vnire datur discordia pectora: quo cum
Et res ascendent diuerso à tramite iunctę
Fastigium Italię, frustrà clamantis, ad vnum.
Nascitur ecce bonũ, ob mortem, (cuinam illa peperit!)
Quo fremet in rebus Latium Geminiq; potentes
Europæ Reges, dominandi imbelle venenum
Inijcien capiti. Princeps per amica sequetur
Commoda quisq; sibi, proprio sub tegmine, cæcus;
Sed non sufficient; siquidem sacra astra mouere.
Haud cessant varie, superas, minimasq; coronas.
Sic nondum omnino secura Neapolis extat.
Cum mota interius sub religione, superbos
Excutere Hispanos auidè prætendere visa:
Mutatum imperium externis fauet: vnde ruinam.
Antiquam proprijs, reparare, furentibus armis,
Difficilè existet. Sed vis collecta duorum
Prospiciet Regno Dominorum: atq; inde Tyranno
Iam vacuo prę sorte sui: multæq; sequentur

Præciditur Cometa, & mala omnibus quibus Leo fuerit in locis hylegialibus ad locũ eclypsis: & deinde terris, quibus Leo dominatur.

Et

Et clades, & damna Italis noua; bellaq; surgent
Internis fęcunda malis: Capitisq; fauentis
Vniùs Electi, dubios feruescere casus
Alta manus poterit: meliùs si gratia cunctis
Corde interposito, nullo discrimine detur.
Post autem Princeps, celi quem sydera dicunt
Magnum, Admirandum factis, Dominumq; potentem
Iam sibi despoticam capiti irradiare coronam
Ecce nouam faciet; quo tandem tuta quiescet
Italia; & Regni firmabit Etruria clauum;
Namq; Duces binos generare videbitur; illum
Qui regat Etruscos; Vrbinis qui imperet, istum;
Postea conjunctim firmabunt sceptra Nepotes.
Lombardi noua bella gerent: Galliq; fouère
Haud cessant ignem, Hispanum ne flamma coruscet,
Luziadùm auxilio, excidioq; hæc tuta capillis
(Regia nam dederant Antiquæ hęc astra,) Philippi;
Hinc cadere incipiet Genuensum ingrata, superbos
Quæ titulos quærens, Dominum contemnere justum
Incępit, collecta manus: quæ fallere cunctos;
Se quoq; decipere, & voluit super astra volare
Non concessa sibi: soluet sic deniq; pęnas;
Hostibus ex ipsis; quos sic reputauit amicos.
Ast iterum insurget, veteri auxiliante Monarchà;
Sed rectæ haud aderunt veluti res ordine quondam
Sępe gubernari sunt visæ: hoc tempore bella
Tecta bonis, non tuta tamen ratione, vigebunt.
Magna superuenient, & damna, & Fata laborum
Prædita funiculis. Maior RESPVBLICA pacem,
Vt Domina arbitrij poterit componere tanti;
Sic opus vt semper maneat super omnia sacri
Et belli, & pacis Sedis Regina Latinæ,
Saltem vt concordes Proprij sub iure regantur Con-

Conceſſo, & caſu in tanto violentia deſit.
Si noua conſurgent Mundo, quibus irrita quondam
Pacta Viris ſteterant ſummis, meliora capeſſent
Conſilia; & melior cęli reuerentia ſurget.
PONTIFICI summo, caſu ſi nouerit vti.
Incipient de pace loqui, cum Mundus in armis
Ob conſanguineos Reges, ardère videtur:
Hanc non aſtra negant; sed eam natura maligni
Vnius auertit: neq; ab inde ſuperſtite tanto
Conſule Regnorum, extinguentur Martia bella,
Queis nutrire ſuos artus, & corpora viſus.
Aſt alio de fonte bonum, mortalibus ipſis,
Exq; malo incipiet; verti ſi videris, abſq;
Marte, in principium Virgam, cui fixa manebit
Radici antiquę, ſub vtroq; recondita ſceptro:
Tunc canere in campis tutò; tunc voce licebit
Dicere ſub modulà, virtutum encomia iuſtùm.
Sed quis in hoc noſtro, quo tot mala, tempore, ſurgunt,
Exiſtet iuſtus? cuinam ſua facta probari?
Ecce interficitur tutò, ac impune Virorum
Quilibet à ſocio: & ſine multà effoſus ab hoſte
Causà: homines reputant, ſeu bruta animalia; ſicq;
Effundunt vitam; precio Deus æſtimat alto,
Quamq; hi contemnunt homicidę, & viuitur ipſis?
Heu ſcelus infandum; ſi illis humana tacebit
Iuſtitia, æterna incipiet; belliſq, rependet
Hęc facta horrèndis; ſuaq; appropriabit iniquis.
Altera adhuc maior peccati cauſa relucet
Humanos inter; quæ cęli Numina tangit,
Conſpurcare Thorum; & lectum violare pudicum
Coniugis; vnde ruunt confuſis ſemina natis
Commaculata; nefas, quod magnum ignòrat adulter;

Hoc Veneris, duriq; ſimul coniunctio Martis,
Aſpectuſvè malus natali in Themate, triſti
Efficit augurio, aduerſis & moribus intus:
Sed tales inhibere ſuos in crimina nullus
(Heu) cupit affectus : neq; vult dominarier aſtris.
Ergo Cometa vocat miſeranda ad Fata, relatis
Supplicijs cęli, quos culpa retexerit, omnes;
Sicq; cadent, meritaſq; ſuas perſoluere pœnas
Cogentur, patitur dum Publica, & ipſa ſub ipſis.
Te quoq; Fata petent aduerſa; tyrannide ſurget
E ſęuà, qui te inuidia, motuq; maligno
Ad dira opprobria, ad pœnas, ad vincla ſequetur,
Mandatò è ſupero : neq; enim Saturnus acerbàm
Perdidit omninò rabiem, qua Themate cęli
Te ferijt : ſed tutus eris ſub tegmine Diuo.
Præcipuè cum nulla ſibi ſit culpa; magiſq;
Ob merita, egregioſq; actus, animumq; ſupremum,
Vt probus, & ſapiens, ſummis, & honoribus altis,
Debebas de more coli; ſi vinctus ad hæc ſis
Eſt juſto intrepidum tibi cor, quo aduerſa paciſci
Ob DOMINVM dabitur : nec Mundo eſt gloria maior:
Sic Regum, ſic Magna Ducum fera prælia vinces;
Sic cunctos virtute hoſtes superabis ouanti;
Te loquor inuidiæ obiectum, quodcumq; ſub iſto
Tempore pręclaræ ducis Fata ardua vitæ.
Aliger hęc fatur : nos & maiora videre
Sedibus aſtriferis iuſſit : tum, conſpice Fatum;
Interiora (inquit) Mundi ſint publica; namq;
Iam libertatis, tibi ſancta, & iuſta petenti,
Eſt ſatis; ergo locus datus eſt, & copia fandi,
Principe ſub tanto : ſed nos requieſcere terrà
Spiritus ardeſcit; Muſæq; imponere finem:

Forſan

Forsan adhuc alijs reuelabimus arma Tyrannis
Motura, ingentes cladesque, necesque, futuris,
669 Si Deus hic renouet defessis otia nobis.

FINIS LIBRI IIII.
Fœtus Astrologici.

Liber Quintus adhuc in lucem exibit
fauente DIVINO NVMINE.



PROPOSITIO TERTIA PHILOSOPHICA.

ΕΠΟΣ ΝΟΗΤΙΚΟ'Ν,

Siue

CARMEN INTELLECTVALE.

Sectionis primæ, Argumentum.

ORIGO omnium Scientiarum à Deo extitit; qui eas Primum Hominẽ edocuit; sicq; ab exterius docente omnes emanarunt: ast ex peccato Originali factum est, vt Homo à se discere velit: cum ex eo scientiæ veræ sint deperditæ: & ignorantia regnare cęperit, miserrimus huius status deploratur.

E quoq; Fata vocant, vt naturalia, Princeps
Magne, tuo auxilio, & tegmine, nostra tegas:
Namq; Admirando, atq; Viro, te, Principe tanto
Defensore graui, tanto operi esset opus[1].
Ergo adsis, PRINCEPS, nàm sępe vocare solemus
Te, quamuis noto haud nomine, Numen ouans.
Tecum admiranda sonabit origine rerum
De sacrà, modulo nostra Thalia nouo.
Primo Homini quondam Sophię [1] penetralia magnę
Omnipotens aperit, scireq; cuncta facit.
Edocuit Deus ipse Hominem genus omne sciendi,
Et tanto exornat pectora nostra Bono:
Vt scitum [2] omne sacrum, sic tandem è fonte sciendi
Manauit sacro, quo quasi Diuus Homo est;
Non ex se didicit: Quid enim mortale valèret?
Non nisi diuinum, vel sibi, tale parit:

1 Nulla necessitas animæ conuertendi se ad phãtasmata, in statu inocentiæ. Lege Scotum in 1. dist. 3. quæst. 3.

2 Quod per suas causas perfectè scitur, & respectu scientis, est Diuinũ.

Ex Rectore [3] Poli producta scientia; rerum
Causas, atq; vices noscier IPSE dedit:
Corpoream ęternus vitam Intellectus agebat,
Absq; labore tenens munera tanta Dei:
Hac Luce efficitur corpus mortale, sciendo,
Immmortale [4] datum dum sibi pergit opus:
Sicq; videbantur mixta Inferiora supernis;
Ingenium [5] sensus, abdita mensq; viget:
Donec scire volens ex se, exaudire Magistrum
Impatiens, sapere & Numinis instar auens,
Infusum [6] aspernit munus, Deus vsq; videri
Ipse studet Sophià, scireq; Marte suo:
Ast noua peccantem en capit ignorantia; crimen
Abstulit ex oculis conscia dona suis;
Efficitur nudus rerum, qui cuncta sciendo
Ante, ex doctrina, vt syndone, comptus erat:
Iamq; [7] animi victum, & vestes, (quibus absq; ferinis
Moribus, vt campi bellua, fata gerit,)
Sudore assiduo, studio, atq; laboribus altis
Quęrit, & inquirit, sed nihil inde capit:
Vel nihil assequitur, vel fusa inuenta maligno
Condidit ingenio, futile mentis opus;
Hinc cœli, & terræ, magnà ruit inclita strage
Cognitio; [8] Sophiæ hinc limina clausa Viris:
Hinc viget in mundo pro rebus opinio; proq;
Virtutum apposito, dogmata falsa, loco:
Hic nostrę cunctos comprehendit originis error,
Vnicuiq; sibi cognita sola, placent.
Sic tenebræ inuasère Orbem; sic lucis Olympi
Porta solo clausa est, noxq; timenda ruit:
Inde meum, atq; tuum studij, turbare sciendi,
Et morum incępit tunc violàre decus:

3 Adam nō ope sensuum, sed Diuini Numinis afflatu, imediate omnes scientias accepit.

4 Intelligēdo, quæ Deus homini infudit, & docuit; & talia operādo.

5 Ingeniū est potentia organica.

6 Gratiā à Deo qua omnia perfectec ognoscebat, absq; eo, quod ad phantasmata conuerteretur.

7 Lege D. Augustinū lib. 13 de Trin. c. 27.

8 Alludit ad illud Genis. cap. 2. 24.

Dum vult quiſq; ſibi ſapere, ignorantia regnat,
Hæc hominum proprio [9] naſcitur arbitrio.

9 Ingenium humanũ falsũ eſt principium pro vera Philoſophia.

Dum vult quiſq; ſibi virtutibus indere nomen,
Fallitur; & vitium pullulat inde malum.
Non, eſt qui agnoſcat verum, antiſophiſmate Mundus
Obruitur falſo: his nec via certa datur
Nulla quies menti; nam nuſquam adipiſcitur illam:
Qui capiat verè [10] nomina, nullus adeſt.

10 Cognoſcere vera rerũ nomina, eſt vere ſcire.

Degenerant Homines in mente carentia bruta,
Externa ingenij lumina dum renuunt:
Hi [11] tenebras pro luce tenent: Hiq; ęthera dicunt
Noctem. Quodq; malum eſt, aſſerit ille bonum.

11 Damna, quæ philautia humana parit.

Vndiq; confusè procedunt omnia; nuſquam
Lux veri exiſtit: [12] frauſq; gubernat ouans:

12 Hic agitur de Vero, & Bono.

Hinc ſectæ venère omnes, ſub Palladis vmbrà,
Quæ ſe interficiunt dogmate, & enſe ſuo:
Hincq; ſuperſtitio, & fidei ſimulatio fiat
Auſa, loco DOMINI, ponere turpe Nihil:
Externumq; Dei cultum, & libamina ſancta,
Impia deſcribit mens, ſine iure, viri:
Sicq; profanarunt ſacras cumulantia menſas,
Vnguibus Harpyjæ Vina, dapeſq; feris:
Sicq; Bonum, & Verum tandem deperditur: vnde
Imperat aduerſi circulus ecce mali.

Sectionis secundę, Argumentum.

CVM ſcientiarum principia, & Traditiones, apud Antiquos Patriarchas, tanquam ipſarum veros Magiſtros, extarent, Abrahamus ab eis didicit; quod autem ſcientiæ hoc modo ſint natæ, oſtenditur. Primo ex quotidiano vſu, vbi nemo à ſe, ſed à Praeceptoribus Doctor euaſit; Pręceptor à maioribus ſuis, & ſic vſque ad Primum Parentem: quapropter Abrahamus à Semo, Nohæ filio didicit;

cit; ab Abrahamo Ishacus; ab Isacho Iacobus: & sic successiue vsq; ad Moysem: cuius tempore Deus legem Populo suo promulgando, etiam cum eà veras scientiarum Traditiones ipsis tradidit.

AST inter tot cæca Hominum, noctisq; profundæ
 Damna, quibus Mundus voluitur esse chaos:
Millibus è totis solus vir prȩstitit vnus
 ABRAHAMVS, magnus corde, & amore Dei;
Qui menti haud fidens propriȩ, exaudire docentem
 Gaudet, ab antiquà traditione, Semum.
Nam postquam infusà amisit virtute, sciendi
 Donum, sub pomi crimine, Primus Homo,
Indumentà animȩ Natos, docuitq; nepotes,
 Quæ quondam ex summi NVMINIS ore bibit:
Qui Nati pietate valent, dictata sequuntur;
 Quiq; Mali, ex proprio discere corde petunt:
Sed quod ab externà nascatur origine Pallas,
 Conuincit veteris doctus ab ore patris:
Fundamenta tenet Sophiæ, sine, docta, Magistro
 Nullus, si supero prȩualet ingenio:
Hinc est, quod certum quæcumq; ars dia sciendi
 Voce datà existit, traditione viget:
Prudentes, sanctiq; Viri sincera sequuntur
 Tradita; & internà religione colunt:
Ast animo elati, scioli, per cuncta Gigantes
 Se reputant; nec eis hæc data dona valent:
Omnia librari, (ast falsà) ratione trahuntur;
 Atq; inuenta creant, sed sine jure, noua:
Iam Ratio extollit, jamq; Experientia, rerum
 Principia, humano Marte parata Virùm;
Dumq; his concutitur Mundus; regnantq; nocentes;
 Vnicus ecce Semus, tradita verba docet;

Haud

Haud Ratio, Ingenium, expertuſq; ſub omnibus ardor
Humanus, Sophiam condere rite poteſt.
Hæc Hominem efficient doctum, rerumq; peritum,
Sic vbi ab externo lumine doctus erit:
Nilq; noui inueniet: sed quę docuère Parentes,
Sunt eadem, ſi ſunt; acclamat ore Semus:
Huncq; Nepos audit, primuſq; ad publica duxit
Lumina, iuſtitiam; magnus & ipſe fide.
Dicitur vnde Pater populorum; omniſq; Magiſter
Artis; & omnimodà cognitione potens:
Sed Maior virtute Pater; pàrenſq; Tonanti,
Sic quoq; concilij dictus amore ſui.
Ishakus hoc Natus; tenet hoc & Natus Iàcob,
Ille, Patris famà: hic, nomine dignus Aui.
Quapropter benedixit eis, proliq; futurę,
Æternàq; replet nobilitate Deus.
Scilicet ignorans maledicti vt ſtigmatis error
Auferri à populo, quem legit IPSE, queat:
Sic Hominum Omnipotens ſortem miſeratus iniquam,
Luce parat lucis jam reparare malum:
Veraq; cernatur regnare Scientia terris,
Ganhedem pateat conſcia porta, cupit.

Sectionis tertię, Argumentum:

Tempore Moyſis; Deus legem Populo ſuo tradit; qua etiam rerum, & ſcientiarum omnium principia, & traditiones dedit; namq; quod olim Primo Homini per gratuitam infuſionem, circa naturalia aperuit: nunc in Legis promulgatione, prophetice Patribus illis conceſſit.

ERGO Cęlicolùm, magnà ſtipante coronà,
Terràq; ad DOMINI viſa, tremente, ſui;
Deſcen-

Descendit Genitor Mundi; montiq; propinquat,
Quo statuit tædas concelebrare suas;
Ex alio occurrit Populus glomeratus in vnum;
Anticipatq; Deum, cum Faciemus, ait;
Queis commota mouet cupidi præcordia zeli,
Dulcis amor Populi, sub sua corda Dei:
Circuncisa Patrum soboles, seu Virgo decora,
Conspicuo electi stabat honore gradus:
Regna Sacerdotum, Sanctorumq; agmina parsq;
RECTORIS dicta, & pupula chara, Poli;
Electoratum Diuini adipiscitur Ignis;
Hæres namq; hæret fędere, jure Dei.
Auditumq; addens, & verbis credere firmans
Diuinis, Sponso tradita Sponsa suo est:
O quam pulchra, (refert) mihi sunt tua, suauis amica
Vbera! quam gratum velle, tuosq; sinus!
Quam dilecta manes ęterno in pectore! quamq;
Grata Viro Coniux semper amata tuo!
Te thalamo iunxi per tot mea sæcla, timère.
Desine: namq; manent prępmia multa tibi.
Me nunquam inspicies aliena in brachia ferri;
Haud nostri accipient altera, iura chori:
Tu mihi semper eris populus; Deus Ipse tibiq;,
Reddant hęc Homines mutua pacta, [13] Deos;
Et cape iam nostri precij sponsalia; signum,
Quo, Populi æterno nector amore, tui:
Ecce scientifico pręgnantem lumine Legem;
Quæ Sophiæ, atq; Horti pandere claustra queat;
E cęlo adduxi mecum; me cernite in illà,
Nam præcepta tenent, quæ mihi sola placent;
Hęc lignum est vitæ æternę, fructusq; scientis,
Quo Bonus, & Sapiens dicitur omnis Homo:

13 Dij in nomine Elohim vocátur quoq; Homines.

N Hęc

Hæc eſt, quæ abſtergit peccatum ab originè veſtrum,
Reſtaurans Hominem, conciliansq; Deo.
Hæc eſt, vt comprehenſa loquar, mea ſancta Voluntas;
Anne Voluntati robora pauca Dei?
Quidne repugnabit, quin Iuſti facta ſequantur,
Si cupit Omnipotens, ſantificatq; Deus?
Ergo cape æternam legem; quę pignus amoris
Sit noſtri; & quicum in ſęcula, viuus eris.
Gens dilecta Deo, genuit, quam Sanctus Iàcob
Deſpotico [14] accepit jura ferenda iugo;
Hinc ſeruus, Natuſq; ſimul; ſeu Natus amore
Ducitur; vt fidus Seruus amore timet.

14 De Imperio diſpoſtico lege Ariſt. 1. Polit. 3. & 1. ethic. vlt.

Sectionis quartę, Argumentum.

LEX Moſaica duplex exiſtit, vna ſcripta; & altera Oralis; (quamuis vtraque, vna, eademq; ſit,) Oralis duplices traditiones habebat, Eccleſiaſticas, & Naturales: Eccleſiaſticę apud Eccleſiam ſub vno capite, conſeruantur; iuxta illud Mathæi 23.2. Super Cathedra Moyſis ſederunt Scribæ, & Phariſæi, quęcumq; dixerint vobis, facite, &c. Vbi Traditiones Eccleſiaſticæ veræ inſinuantur, aliter Apoſtoli ad eos non miterentur, vt ait Origenes, ſicq; explicant Hilarius Picus, Riccius, Reuclinus, Galatinus, multiq; alij; & ſaltem Traditiones Eccleſiaſticas vigere apud Eccleſiam, & apud ſuum Caput, Catholici defendunt. Igitur hæ ex lege Orali natæ ſunt; vt ex eo Mathæi loco patet.

BINÆ inſculpuntur Tabulæ; ſcribitq; volumen
Diuini Interpres, Scriba, Propheta, Chori.
Sed cum perdiderit, cupido eſu, auſuq; ſciendi
Os [15] Hominis, fusè ſcire, docente Deo;
Vt tandem ſubeat merita infinita ſciendi
Lex ori, ſcriptæ vox, quaſi lingua, datur:

Lex

Lex oralis adest, oris quę crimina soluat;
Quæ corpus reddat Mentis vbiq; capax:
Hęc est Scripturę, quę nobis explicat alta
Secreta; & factis sensa profunda docet:
Hàc vitam assumit vitarum litera; fitq;
Spiritus; vt propriè jam queat ipsa loqui:
Hæc est eloquium cęli; quod credidit olim
Omnipotens Populo, & tradidit ore, suo:
Hic sapor est rerum, quem victu perdidit Adam,
Quem nunc restaurant tradita verba cibis:
Hic cibus; hic sapor; hęc nobis Lux deniq; mentem
Perlustrat; doctis restituitq; Sophis:
Hęc est Traditio, quà nata scientia Mundo,
Qua vis Naturæ sentit, & arte sapit.
Hęc gemina existens, vna est, quam Ecclesia sanctam
Possidet, vt DOMINI iura ferenda regat;
Indeq;, quin errare queat, micat vndiq; in VNO
CVLMINE, cui DOMINANS omnia posse, dedit.

Sectionis quintę, Argumentum.

ALIÆ Traditiones, Naturales vocantur, quas Deus Primo Homini tradidit, reuelauit, infudit, vt colligunt Theologi ex Gen.2.19. Et omne quod vocauit Adam (id. Animalibus) ipsum est nomen suum; sed non frustra, aut vt sibi soli saperet; sed vt successoribus communicaret, & posteri ab illo de cunctis docerentur. Vide Magistrum Senten. lib.2. dist. 22. Scholasticos ibidem Bonauent. art. 2. quæst. 1. & 2. D. Thom. par. 1. quæst. 99. Pereira in Genes. cap.2. quæst. 1. Sed sequentia Philosophica annotentur. Primo, ex similibus omnium firmissima probatio petatur: Secundo, omnium sani iudicij Hominum iudicium in controuersijs, & dubijs pro regula veritatis sit sequēdum: atq; his omnibus scientiarum principia ex Traditionibus, comprobantur: Tertio, super illud Theologicum versatur,

quo tenetur, illud, quod est falsum in Philosophia, esse verum in Theologia: quæ propositio intelligenda est in Philosophia Aristotelica, in qua multa negantur, quæ vera in Theologia existunt. Ast in vera Philosophia non ita est, quia quod est in ea verum, quod est in ea bonum: Verum & bonum quoq; existit in Theologia: quoniam veræ Philosophiæ, non Aristotelicæ, quæ falsa, Deus Auctor extitit; & sic verum in ea docuit, vt patet in Mundi creatione; quæ Theologicè vera est, & vera Philosophia eam quoq; admittit.

ALTERA, quæ Sophiæ est, producit semina cunctæ;
Veri Naturæ principium vnde venit:
Hoc [16] simile affirmat: neq; enim res vera probatur
Ipsa, nisi, ex simili: sicq; propinqua patet:
Hoc probat Ingenium [17] in se se, neq; deficit vnquam,
Namq; in se expertur, quę bona, cunctus Homo;
Hoc ipsum est Verum; quodq; Experientia, Mensq;,
Experta est; priscis tradita recta Viris:
Principium ast Sophię, ex infusis nascitur almis;
Et sic principium non probat artis opus:
Discitur ast Patrum defuso ex ore docentum;
Sic verum in terra, permanet, atque Polo.
Haud contradicunt [18] sibimet, nam candida Virtus,
(Vt quoq; quod verum,) semper vbiq; manet;
Vnus Aristoteles, cæcà sed mente, negauit,
Quod verum in sacra permanet Arte, bonum;
Ast male decipitur: vitiumq; haud debet in almam
Naturam verti; cum sit vbiq; bona.
Traditio; quę sancta docet sua claustra latentis
Naturæ, & Sophiæ limina vera regit:
Non equidem euertit [19] Rationem; ast perficit illam,
Vt valeat, proprijs viribus; addit opem.
Nec Ratio, Sensusq; probant: contraria; namq;
Nec

16 Apodecticè per similia fit probatio.

17 Quidquid omnes homines in se experiūtur, & cōsiteri cogūtur, illud ipsum demonstratio qua res probantur.

18 Verum philosophicum in vera Philosophia, & verumTheologicum non se contradicunt.

19 S.S. nō contradicit Rationis, sed eā illuminat, vt superiora si nō capere, attamē approbare possit.

Hàc debent, Veri vt cardine, luce regi
Et quæ secreta, & rerum occultà ta latèbris
Naturæ haud fuerat cognita, luce sacræ;
Os legis de more docens sic explicat altè,
Vt Mentem, & Sensus pace, fideq; liget:
Principium Mundi, numquam quod mente repertum est,
Lex docet; extemplo Mens quoq; dicta probat:
Approbat expertus, tanto jam lumine clarus;
Cętera Naturæ sic tibi lege patent.

Sectionis sextę, Argumentum.

PAVLVS *Apostolus in Epist. ad Roman. cap. 3. 1. ita ait. Quid igitur præstans Iudæo, aut quæ vtilitas circuncisionis? Multum per modum omnem, primum quidem illis cõcredita sunt eloquia Dei. Quid precor eloquia concredita illa sunt? Nisi Traditiones, (iuxta illud Mathæi 23. 2. quæcunq; dixerint vobis, facite,) confisæ suis eloquijs: quæ Patres, Ppophetæ, & Doctores loquebantur, dum ea Discipulis, populoque tradebant, eos erudiendo: Sed obijcies, hæc esse verba Prophetica, expositionesq; legales, non verò naturalia, & philosophica. Dic, eloquia Dei omnia comprehendere diuina, & humana; omnem nempe virtutum, legis, & Naturæ cognitionem. Atq; eloquium, sermo, siue Traditio, de rebus diuinis diuinitus exhibita, cognitio est ita diuina, & suprema, vt sub se omnia Naturæ arcana, tanquam inferiora, sed certissima comprehendat: Sicut enim Anima Rationalis, cũ sit vna, & Spiritualis, sub se naturalẽ, & animalẽ potentiam, quã improprie Animã Vegetatiuã, & Sensitiuã dicũt, continet, operatur, exercet: ita rerum diuinarum cognita diuinitus Traditio (Prophetiam dices) res omnes naturales perfectè cognoscit, & comprehendit: quod in Selomone Rege aperte ostenditur; cũ enim à Deo peteret sapientiam, vt eius Populum regere, & gubernare possit: ecce DOMINVS diuinitus ei petitionis suæ impletionem dedit: & cum Propheticam sapientiam diuinitùs acceperit; etiam*

cum eam Naturę arcana, & veram philosophiam adeptus est; vt SS. narrat.

Igitur à Iudæis omnes gentes in vera Philosophia edocti sunt: inter quas Græci cum suo Aristotele philosophicas Traditiones defœdarunt; dum eas sibi attribuere, & noua condere voluerunt.

HÆC cuncta Omnipotens, & plena prophetica rerum
 Notitijs, Populo tradit habenda suo:
Namq; [20] Prophetię, vt morum sanctissima vestis,
 Sic Sophia ante fuit cognitione potens:
Prætereà accedens Verbum diuinitus afflans,
 Tota scientifero Lumine corda replet:
Doctrinà regnare petit, fitq; vndiq; prudens
 Rex Salomon, DOMINI dum sibi verba sonant;
Cumq; his agnouit Naturæ arcana latentis;
 Namq; datum cœli, continet omne, sciens;
Inde sacri Vates, dum Dìa, humana sciebant
 Alta quoq; Hæc illis sub sua jura jacent.
Ex his cęlestes, omnisq; ex ordine rerum
 Fundamenta artis, quilibet hausit Heber;
Hęc Nati Natorum, & qui nascuntur ab ipsis
 Iura, Caballęà traditione, tenent;
Hæc primum Ægyptum sancti docuère Parentes,
 Principium hoc illi scire, captuq; dedit;
Iudæis hausère alij potiora Magistris;
 Terra sub hoc omnis semine, docta fuit;
Vana [21] quoq; æternas bibit ex hoc fonte sciendi
 Græcia, quas proprias turbida fecit aquas;
Altera namq; fuit, quam passa Scientia, clades,
 Verba Magistrorum dum sibi quisq; rogat:
Hoc faciunt Gręci, cum Pręceptore superbo,
 Vt sibi Aristoteles omnia scita roget;

20 *Vide Rabenū Mosem in direct. dubit. p. 2. c. 32. & in tract. fundam. legis à c. 7. ad. 10.*

21 *Vide Ioan. Henric. encyclop. lib. 1. c. 2*

Sed malè fecerunt; Sophiamq; erroribus altis
  Defędare ausi, vt nomen ad astra ferant.
Auctores primos prorsùs delère solebant,
  Verbaq; mentitis jungere sancta suis:
O facinus! quid non mortalia pectora cogis
  Famæ sacra fames, ambitioq; sui!
Nuncq; Gigantæos sciolos exempla sequuntur;
  Quam facilè alterius crimina, cuiq; sequi est!
Non sic sub Populo, qui cęli Numen adorat,
  Euenit, à Patribus discere Solus amat;
Grande nefas reputat, siquid mutatur in ipsis
  Traditio, in cunctis immaculata manet;
Quęq; Animæ quondam DOMINO promissa dederunt,
  Obseruant, Legis dum sibi pacta ferit:
Quapropter meruère omnes, cęlestia nosse,
  Postq; sub humano corpore: scire sua.

Sectionis septimę, Argumentum.

STATVTVM est apud Peripateticos, Animam Humanam, (quam Aristoteles non cognouit spiritualem existere,) esse veluti Tabulam rasam, in qua nihil scriptum, aut depictum sit; sed postea in ea per indefessos studiorum labores, acquiri illos Habitus Intellectuales, per quos sapit, & intelligit. Plato contra docuerat eam non esse Tabulam rasam, sed habere in se rerum species in actu signato, non vero in actu exercito: Hanc Platonis sententiam, vt veriorem amplectimur; quoniam ex ea non futile capitur argumentum physicum ad demonstrandam animæ subsistentiam, & immortalitatē: Siquidē dato hoc interno intelligendi principio, quamuis in actu signato, ex eo bene cōcluditur sua existentia. Probatur ex melancolicis, qui aliquando naturaliter, mirāda sciunt, & saltem ingenium acutissimū sortiuntur; quia pauco cibo sunt contenti; atq; tunc Anima, tota quasi conuertitur, ad suum propriū munus intelligendi; & à se quasi scire videntur.

NEC

NEC mirum: nam fixa Animæ Deus indidit olim
Rerum aſtra, & ſpecies; queis ſibi viua fuit:
Si nihil [22] inſcriptum foret, immortale ſubire
Haud poterat donum, à corpore corda tenens:
Nonne vides Hominis multus dum membra Liæus
Occupat, ignotum [23] ex mente referre ſonum,
Delirumq; ſimul Sophiæ prȩcepta ſupernȩ,
Nunquam audita ſibi, & mira futura loqui?
Quidnam hæc oſtendunt, niſi quod mens intus habebat,
Rerum harum ſpecies, nec ſibi inanis erat:
Ecce Lupum [24] fugit Agnellus, nec viderat vnquam;
Aſt aderat ſpecies inſita, eoq; timet:
Spiritus humanus bruto inferiora tenebit?
Principium externum cognitionis erit?
Nullumne internum! eſt equidem; nam fertur imago
Eſſe Dei, exactè qui ſine mole ſapit:
Obtinet internè ſpecies ab origine ſixas;
Sed tacet in Mundo cuncta, jubente Deo:
Dum ſubijt corpus, non illo, aſt crimine pomi,
Perdidit infuſum ſcire, manetq; rudis:
Vtq; opus excutiat, ſitq; intellectus in actu,
Indiget ingenij fulcra docente ſui;
Indiget æthereà, quȩ mentis luce coruſcet,
Totq; inter noſcat ſpectra, tenere viam;
(Indiguit, nam labe malum fit corpus ab eſu,
Appetere aſt vetitum ſub vice carnis ineſt;)
Hoc facit, hoc præſtat, Domuiq; Animȩq; viciſſim
Lex, & traditio: format vtrumq; ſibi;
Quem Veri, atq; Boni, (specie virtutis, & vmbrà
Nam fallit vitium,) perdocet illa modum:
Inſuper vt corpus, ſtudio, mentiſq; labore,
Se linquens, totum, Spiritus alter, agat:

Sic

22 Contra Ariſtot. diſput. exer. 3. vbi Iudæorum, & Platonis ſententiam, eſſe veram, circa hoc defendimus.

23 Petr. Garcia de loc. diſp. 13. c. 10. ait, hoc fieri à Dæmoni, ſed non rectè ait.

24 Hoc referũt Philoſophi, ad inſtinctũ naturæ sed quid ſit, non bene explicant. Suàres 1. Metaph. d. 23. ſect. 10. 14. Garcia in Auicen. d. 47. c. 2. n. 21.

Sic namq; æternum, seu forma videbitur ipsa,
Illius [25] auxilio, hęc Æthere lapsa venit:
Ingenio prętant, nigrâ qui bile redundant;
Spiritus his sacri lumina Vatis habet;
Sed causas Natura docet; quia pauca ciborum,
Paucum animæ, multum in mente requirit opus;
Corpus item parvo assuetum, conuertitur omne
In mentem, innatâ qua vice deinde micat.
His studia accedunt, & qui labor omnia vincit,
Vt discat Formæ terra subesse suæ:
Ambo intelligere, vt randem sit vita duorum,
Suppositum, ac actus, iam simul vnus adest;
Vnus Homo viuit, qui formâ, & corpore constat;
Vnus Homo sentit, cordeq; docta sapit;
Hoc sub mole sequi; supero descendit Olympo
Forma, vt eò redeat conditus vnus Homo.
Sic mortale valet reddi, quod cernere tecum est
Æternum, Corpus, Spiritus vsq; manet;
Perficitur citiùs, quidam, corrumpitur alter
Iuxta subiecti facta, modumq; sui.
Ergo Anima æterna est, cum iam subsistat & ipsa
Post, atq; ante suam, quam hoc tenet Orbe, domum:
Traduce de nulla: nam sic marcesceret eius,
Subsistendi actus; postq; caduci foret;
Ast nata ex DOMINO, respectu in Origiue Patrum,
Vnicus vnde actus sic ab vtroq; datur.

25 Hoc modo dilues rationes D. Thom. à Conimb. in 3. de anim. c.8. q.1. ar.3. rat.3.

Tradux, vox à Protestantibus inuenta pro sua opinione hic reprobata.

Sectionis octauę, Argumentum.

C*ELEBRIS fuit quæstio de TERMINO VITÆ, agitata anno 1639. inter Philosophos Septentrionales, & Fœderatos Belgij; super quam primum scripsit Ioannes Beuerouicius Senator, & Medicus Dordrecthanus; alijq; multi sunt sequuti, inter quos noster*

Menasse

Menaße Benisrael de hac materia tractatum in tres libros diuisum edidit; & nos in appendice nostrum Carmen Intellectuale adiecimus; sed fortasse nō bene intellectum propter illa, quæ superioribus Sectionibus prius intelligenda duximus: nunc autem cum per suas expositiones, & argumenta, clariora existant; ideo in hac secunda editione, ea typis mandare voluimus: quæ autem in his tribus vltimis Sectionibus continentur, ingenijs nobilibus exponuntur, vt ab illis sincere ventilentur; continent enim mira, & grauia secretioris Philosophiæ.

VIRTVTES, Animiq; habitus, producere vitam
  Corpoream, vt talem fecerat ipse, queunt:
Viuere, vel sapere, (hoc rerum sine corpore, vita est,)
  Quodlibet in corpus Spiritus intus agit;
Illud temperiem seruat, cum laude, beatam,
  Si Formę inseruit, per bona facta, suæ:
Obruitur vitijs corpus, iam signa salutis
  Amissæ existunt; binaq; damna feret.
Haud Homini inuigilat; crescet pinguedine corpus,
  Athletæq; aderunt certa pericla sui;
Cumq; Intellectu, vitæ iam vincula perdet;
  (Forma huius memorà, quod sapere ante fuit.)
Quaproter Lex sancta potest producere vitam,
  Nam sapere adducens, est quoq; vita, salus:
Prætereà vita est DOMINI Benedictio, quicum
  Stat res; hac crescit, promit & esse sibi:
Dixit, & ecce Orbis; voluit benedicere, viuunt
  Ecce creaturæ, semina perq; manent;
Sed nostri pręcepta Dei, sibi dicta vocantur
  Sat benè: vitarum munera cuncta tenent:
Stamina viuendi sunt naturalia; vitam.
  Obseruata trahunt, sed violata negant.

Sectio

Sectio nona.

TERMINVS vnde Homini vitæ vel denique nulli
Præfixus; factis vel moderandus erit:
Implet mensuram, sibi quam Natura requirit,
Dum mala corrumpunt; perficiuntvè bona.
Ast hęc Naturæ, vel morum facta vocantur,
Hęc Animæ vitam, corporis illa regunt:
Attamen inter eos vis mutua sępe refulget,
Alter in alteriùs concutit acta, vices;
Pondere librantur, numeroq; ea crimina certo
Quæ formam, aut corpus perdere jure valent;
Certa Hæmorrhæis olim numerantur iniquis,
Queis DOMINI fisco subdita regna forent;
Rebus in externis quidquid pro robore agentis,
Proue statu passi, vel magè, sitve minus;
Viuere non aliter memora: nam criminis vna
Vis magni exercet Fata timenda necis:
E contrà virtutis opus producet in ævum
Fundamenta esse, & viuere sæcla dabit:
Sed respectu Hominis, (namq; illi cuncta geruntur,)
Talia quis noscet, vel merita ipsa sciet?
Cum vix temperiem, aut causas per signa patentes
Vitæ, sat doctus non ita scire queat.

Sectio decima.

CERTVM equidem, (nūc magna cano,) quod origine (Forma
Diuinà, ante fuit corpore [26] nata prius:
Descendensq; Deo, partes transcire coruscas
Iussa, quibus pręsunt NOMINA SANCTA, Polis.
Induit hìc vestem varij, sacriq; coloris
Virtutis, terræ, qua venit ipsa tegi:

[26] Contra 3. assertion. Conimb in com. 2.l.de anim. q.3. ar.2.& omnes, qui ex Traduce, vel aliter Animas fieri dicunt.

Cęle-

Cęlestisq; globus, cęlis qui pendet ab illis,
Tali disponit munere corpus iners:
Hinc forte existit, non vno iure beandos
Omnes esse; suos sed sibi habère modos:
Haud est dispositum vel idem, aut vnum: ipse beat os
Nam Deus in varijs, omnibus esse dedit:
Factum Hominem Mundus vitales ducit ad auras;
An ideo dices talia Fata viris?
Tunc locus est operi; sed quod sua cuiq; voluntas
Arbitrio sumat; velq; recuset iners;
Etsi corporijs, quę adsunt dominarier Astris
Æthereum nequeat; Forma coloris abit:
Donum insigne Dei deperditur: omine tristi
Amittet proprij vincula sancta Poli:
Queis virtus rutilat, vitæ indumenta coruscant:
Vità Supremis inferiora ligant;
Ergo quæsiti summa est, ò MAXIME PRINCEPS,
Quæ dixi, & paruo carmine, Musa, canet;
Stat sua cuiq; dies, non Fato, ast vndiq; factis;
Terminus his Vitæ, & pendet vbiq; necis.

FINIS.

